No. Q.403.44

Charlotte Harris Fund

73 CATULLUS. Carmina. Accedunt: Tibullus. Carmina; Propertius. Carmina; Statius. Sylvae; Calpurnius. De interitu beati Simonis infantis a Judaeis mactati. Vicentiae, Johannes de Reno et Dionysius Bertochus, 1481. Folio. Pergamentband.

Hain-Copinger *4760; Pellechet 3143. Nach dem Census 3 Exemplare in Amerika.

Römische Typen, mit Signaturen, 45 Zeilen, 148 Blätter. Rubriziert mit rot und blau eingemalten Initialen. Mit 4 goldgehöhten, farbigen Initialen mit kleinen Blütenranken.

Sehr schönes, breitrandiges Exemplar mit einigen Wasser- und Moderflecken und wenigen Wurmlöchern.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Boston Public Library

https://archive.org/details/carmina00catu

IOannes Calphurnius Hermolao iuris utriuſque doctori peritiſſimo.Oratori facũdiſſimo :& philoſopho eruditiſſimo.S.P. Homies ætatis noſtræ Hermolae facundiſſime qui litterarũ perq̃ſtudioſi ſunt:mirifice lætari poſſunt:ꝙ in imenſam librorꝫ copiã inciderint:qua & priſca ætas & ea quæ noſtram præceſſit caruerit:quæ quidem ex impreſſorũ numero tantum creuit: ut iã neceſſeſit non bibliothecas totas:ſed domos implere.Verum ut inquit poeta ille clariſſimus. Et urticæ ꝓxima ſæpe roſa ẽ:nõ potuit hoc diuinũ munus:ut ĩ humanis accidere ſolet:ex omni parte eſſe perfectũ:huic enĩ unũ deeſſe uideo: diligẽtẽ & accuratã librorꝫ caſtigationẽ:ſine hac quicquid fit:fruſtra fieri neceſſe ẽ:nã & diſcẽtibus ſenſus obſcurus:& doctis tediũ minĩe tollerãdũ ĩſurgit:hinc & nauſea quædã deponẽdi aſſiduã lectionẽ oboritur:quã nonunq̃ pluribus delicatis & copia ipſa ſuggerit:huic rei pulcherrĩe ſuccurrãt:qui poſſint:q ſigulari facũdia ac eruditione ꝑditi ſint.Huic tu ſuccurre:q tantũ inter alios doctos caput extuliſti. Quãtũ lẽta ſolẽt iter uiburna cupreſſi.hoc autẽ tibi erit facillimũ:q eloquẽtiã in priſtinã ſãitatẽ atq; ſalubritatẽ redigere cœpiſti.Tu ſolus ĩ noſtro æuo ex fabii ſententia ea quæ ad oratores & philoſophos ꝑtinent:aptiſſime copulare uideris:& ad facultatẽ oratoriã ꝑducere.Quod de te ĩ mediũ ꝓfero:minime obſcurũ. Nã ſic res philoſophicas tractas:ut uerbis calcatis & obſoletis minĩe utaris:ſed qbus ſcriptores ãtiqſſimos uſos eſſe cõſtat.Quis enĩ adeo rudis atq; hebetis igenii ẽ:ut nõ idẽ fateatur:ſi themiſtiũ tuũ:quẽ nup e greco ĩ latinũ ſermonẽ elegantiſſime uertiſti lectitare uelit Imitentur quæſo ueſtigia tua philoſophi noſtri tẽporis:& ſe a tanta barbarie uidicẽt:uel Quitiliano ſaltẽ ĩculpatiſſimo obtẽperẽt:q prio oratoriarꝫ ĩſtitutionũ libro præcipit uerborꝫ ꝓprietatẽ ac differẽtiã oĩbus q ſermonẽ curæ habent:comunẽ eſſe debere.Sed de his alias plura.Cur autẽ hæc ad te ſcribã:paucis accipe.Superioribus diebus a quibuſdã adoleſcẽtibus ſtudioſis rogatus ut ꝓpertium:aut ſi nollẽ hũc:papinii ſyluas lectione quotidiana ĩterꝑtarer:ne deſideriũ eorũ fruſtrarer ꝓmiſi me facturũ qđ uellẽt. Quapropter cũ ꝑcurrere cœpiſſem id opus:qđ uenetiis ĩpſſũ ẽ:qđ hos poetas clariſſimos cõtinet.Catullũ:Tibullũ Proptiũ & ſyluas:tot mẽdis refertũ eſſe depndi:ut lõge plura eſſẽt uitioſa & deprauata:q̃ quæ emẽdata Nullus certe ſẽſus ex his elici poterat.Cõfeſti cõueni nõnullos ĩpreſſores:& eos cohortatus ſũ:ut iterũ id opus ĩprimerẽt ea correctiõe quã pollicitus ſũ.Poſſũ igitur gloriari me nõ id emẽdaſſe: ſed fere totũ exſcripſiſſe:ut quis depndere poterit collato utroq; exẽplari.Statuerã tamẽ nihil negotii cũ ĩpſſoribus habere:ꝙ & ĩpi ea quæ emẽdata accepũt:ĩuertere & ꝑmutare ſoleãt. Quare ſi qua ꝑtermiſſa uel ĩmutata ĩueneris:nõ mihi aſcribito:ſꝫ ĩpſſoribus . Nã plerũq; ut dixi uel ĩuertũt ſyllabas aut aliq̃s omittũt litteras uel addũtqđ reliquẽdũ.ſicut eo loco catulli fameſq; mũdi.ego memi emẽdauerã:utrãq; dictionẽ impſſerũt.Et ĩ eo carmie.Depndi modo pupullũ puellæ.pupullũ omiſerũt.Et ĩ eo uerſu.Diuerſe uariæ uiæ reportãt.uiæ reliquerũt.Hæc tãtũ notaſſe cõtẽtus:ne qs me negligẽtẽ fuiſſe exiſtimet ĩ eo qđ ad comunẽ litteratorꝫ cõmoditatẽ editur.Hanc igitur placido uultu:ut ſoles:emẽdationẽ ſuſcipe:quã tibi q cenſor es poetarꝫ acerrimus dedicaui.Quod & mẽtẽ noſtrã tibi iãpridẽ dicaueri eo maiori celeritate hoc opus properauimus.Quod bartolomeus paiellus uicẽtinus eques clariſſimus & noſtri tẽporis poeta cultiſſimus ingẽti auiditate id perlegere cupiebat.Is ẽ & tui amãtiſſimus & obſeruantiſſimus.Præterea carmina quædã nõ aſpnaberis una impſſa:quæ olĩ ad epiſcopũ tridentinum de laudibus eius:& de morte Beati ſimonis ſcripſi.Vale.

C. VAL. CAT. VERO. POETAE CL. AD CORNELIVM GALVM.

Quoi dono lepidum nouum libellum
Arido modo punice expolitum:
Corneli: tibi: nanque tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas
Iam tum cum auſus es: unus italorum
Omne æuum tribus explicare chartis
Doctis iuppiter & laborioſis:
Quare habe tibi quicquid eſt libelli:
Qualecunque quidem patrca uirgo
Plus uno maneat perenne ſeclo:

FLETVS PASSERIS LESBIE

Paſſer delitie meæ puellæ
Qui cum ludere: quem in ſinu tenere
Cui primum digitum dare appetenti
Et acris ſolet incitare morſus
Cum deſiderio meo nitenti
Carum neſcio quid libet iocari
Et ſolatiolum ſui doloris:
Credo: ut cum grauius acquieſcet ardor
Tecum ludere: ſicut ipſa poſſem
Et triſtis animi leuare curas
Tam gratum eſt mihi: quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuiſſe malum
Quod zonam ſoluit diu ligatam:
Lugete o ueneres cupidineſque
Et quantum eſt hominum uenuſtiorum
Paſſer mortuus eſt meæ puellæ
Quem plus illa oculis ſuis amabat:
Nam mellitus erat: ſuamque norat
Ipſam tam bene: quam puella matrem:
Nec ſeſe a gremio illius mouebat
Sed circunſiliens modo huc modo illuc
Ad ſolam dominam uſque pipillabat
Qui nunc it per iter tenebrioſum
Illuc unde negant redire quenquam:
At uobis male ſit: male tenebræ
Orci quæ omnia bella deuoratis
Tam bellum mihi paſſerem abſtuliſtis.
O factum male: o miſelle paſſer
Tua nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli tument ocelli:

DE PHASELLO.

Phaſellus ille:quem:uidetis hoſpites
Ait fuiſſe nauium celerrimum:
Neque ullius natantis trabis impetum:
Nequiſſe præterire:ſiue palmulis
Opus foret:uolare ſiue linteo
Et hoc negat minacis hadriatici
Negare littus:inſulas ue cycladas:
Rhodumque nobilem:horridamque thraciam
Propontida:trucem:ue ponticum ſinum:
Vbi:iſte poſt phaſellus:antea fuit:
Comata ſylua:nam cythorio in iugo
Loquente ſæpe ſibilum edidit coma
Amaſtri pontica:& cythore buxifer
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait phaſellus:ultima ex origine
Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine:
Tuo imbuiſſe palmulas in æquore
Et inde tot per impotentia freta
Herum tuliſſe:leua ſiue dextera
Vocaret aura:ſiue ut cunque iuppiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem
Neque ulla uota littoralibus diis
Sibi eſſe facta cum ueniret a mari
Nouiſſime hunc ad uſque limpidum lacum
Sed hæc prius fuere:nunc recondita
Senet quiete:ſeque dedicat tibi
Gemelle caſtor:& gemelle caſtoris.

AD LESBIAM.

Viuamus mea leſbia:atque amemus:
Rumoreſque ſenum ſeueriorum
Omnes unius æſtimemus aſſis:
Soles occidere:& redire poſſunt:
Nobis cum ſemel occidit breuis lux:
Nox eſt perpetua una dormienda:
Da mi baſſia mille:deinde centum
Dein mille altera:da ſecunda centum
Dein uſque altera mille:dein centum:
Dein cum milia multa fecerimus
Conturbabimus illa:ne ſciamus
Aut ne quis malus inuidere poſſit
Cum tantum ſciat eſſe baſſiorum:

AD FLAVIVM.

Flaui delitias tuas catullo
Ni ſint illepide:atque inelegantes

uelles

V elles dicere: nec tacere poſſes
V erum neſcio quid febriculoſi
S corti diligis: hoc pudet fateri:
N am te non uiduas iacere noctes
N equicquam tacitum cubile clamat
S ertiſque aſyrio flagrans oliuo
P uluinus pereque & hic & illi
A ttritus: tremulique quaſſa lecti
A rgutatio. inambulatioque:
N am ni preualet iſta: nil taceres
C ur non tam latera exfututa pandas?
N ec tu quid facias ineptiarum:
Q uare quicquid habes boni. malique
D ic nobis: uolo te ac tuos amores
A d cœlum lepido uocare uerſu.

AD LESBIAM.

Q Veris quot mihi baſiationes
Tuæ leſbia ſint ſatis ſuperque
Q uam magnus numerus lybiſſæ harene
L aſerpiciferis iacet cyrenis
O raclum iouis inter æſtuoſi:
E t batti ueteris ſacrum ſepulchrum:
A ut q̃ ſydera multa cum tacet nox
F urtiuos hominum uident amores
T am te baſia multa baſiare
V eſano ſatis: & ſuper catullo eſt:
Q uæ nec pernumerare curioſi
P oſſint nec mala faſcinare lingua.

AD SEIPSVM

M Iſer catulle deſinas ineptire
Et quod uides periiſſe: perditum ducas.
F ulſere quondam tibi candidi ſoles
C um uentitabas quo puella ducebat
A mata nobis: quantum amabitur nulla:
I bi illa multa tum iocoſa fiebant
Q uæ tu uolebas: nec puella nolebat
F ulſere uere candidi tibi ſoles:
I am nunc illa non uult: tu quoque impotens
N ec quæ fugit ſectare: nec miſer uiue
S ed obſtinata mente perfer: obdura:
V ale puella: iam catullus obdurat:
N ec te requiret: nec rogabit in uitam:
A t tu dolebis: cum rogaberis nulli
S celeſta ne te? quæ tibi manet uita?
Q uis nunc te adibit? cui uideberis bella

Quem unc amabis?cuius eſſe diceris:
Quem baſiabis:cui labella mordebis.
At tu catulle deſtinatus obdura:

AD VEranū.

Veranni omnibus e meis amicis
Antiſtas mihi milibus trecentis
Veniſti ne domum ad tuos penates?
Fratreſque unanimes:tuam matrem
Veniſti:o mihi nuncii beati:
Viſam te incolumene audiamque hiberum
Narrantem loca:facta:nationes
Vt mos eſt tuus:applicaſque collum
Iocundum os oculoſque ſuauiabor:
O quantum eſt hominum beatiorum
Quid me letius eſt:beatius ue

DE VARRO.

Varrus me meus ad ſuos amores
Viſum duxerat e foro ocioſum
Scortillum:ut mihi tum repente uiſum eſt
Non ſane lepidum:neque inuenuſtum
Huc ut uenimus:incidere nobis
Sermones uarii:in quibus quid eſſet
Iam bythinia:quomodo ſe haberet:
Et quonam mihi profuiſſe tære:
Reſpondi id quod erat mihi nec ipſis
Nec pretoribus eſſe:nec cohorti
Cur quiſq̃ caput unctuis referret
Preſertim quibus eſſet irrumator
Pretor:non facerent pili cohortem:
At certe tamen inquiunt:quod illic
Natum dicitur ære comparaſti
Ad leticam hominis:ego ut puelie
Vnum me facerem beatiorem:
Non inquam mihi tam fuit maligne
Vt prouincia quæ male incidiſſet
Non poſſem octo homines parare rectos:
At mihi nullus erat nec hic neque illic
Fractum qui ueteris pedem grabati
In collo ſibi colocare poſſet:
Hic illa ut decuit cinediorem
Quæſo inquit mi catulle paulum
Iſtos commoda:nam uolo ad ſerapin
Deferri:mane tum inquam puellæ.
Iſtud quod modo dixeram me habere
Fugit me ratio:meus ſodalis
Cinna eſt grauis is ſibi parauit.
Verum utrum illius:an mei:quid ad me?

utor tam

Vtor tam bene: q̄ mihi pararem:
Sed tu inſulſa mala & moleſta uiuis
Per quam non licet eſſe negligentem:

AD FVRIVM ET AVRELIVM

[F]Vri & aureli comites catulli
Siue in extremos penetrabit indos
Longe ubi littus reſonante eoa
Tunditur unda.
Siue in hircanos: arabaſque molles:
Seu ſaccas: ſagittiferoſque parthos:
Siue qua ſeptem geminus colorat
Aequora nilus:
Siue trans altas gradietur alpes
Cæſaris uiſens monumenta magni
Gallicum rhenum: horribiles & ulti
Moſque britannos:
Omnia hæc quæcunque feret uoluntas
Cælitum tentare ſimul parati
Pauca nunciate meæ puellæ
Non bona dicta:
Cum ſuis uiuat: ualeatque mœchis
Quos ſimul complexa tenet trecentos
Nullum amans uere: ſed identidem omnium
Ilia rumpens:
Nec meum ſpectet uelut ante amorem
Qui illius culpa cecidit: uelut prati
Vltimus flos: prætereunte poſtquam
Tactus aratro eſt:

AD MATRVCINVM ASINIVM

[M]Atrucine aſini manu ſiniſtra
Non belle uteris: in ioco atque uino
Tollis lintea negligentiorum
Hoc falſum eſſe putas? fugit te inepte
Quamuis ſordida res: & inuenuſta eſt:
Non credis mihi: crede pollioni
Fratri: qui tua furta uel talento
Mutari uelit: eſt enim leporum
Diſertus pater: ac facetiarum:
Quare aut ændecaſyllabos trecentos
Expecta: aut mihi linteum remitte
Quod me non mouet æſtimatione
Verum eſt mnemoſi non mei ſodalis:
Nam ſudaria ſethaba ex hiberis
Miſerunt mihi muneri fabullus
Et ueranius hoc amen neceſſe eſt

E t ueranniolum meum & fabullum

AD FABVLLVM

COenabis bene mi fabulle apud me
Paucis ſi tibi dii fauent diebus
S i tecum attuleris bonam atque magnam
C œnam non ſine candida puella.
E t uino.& ſale:& omnibus cachinis:
H æc ſi inquam attuleris uenuſte noſter
C œnabis bene:nam tui catulli
P lenus ſacculus eſt aranearum:
S ed contra accipies meos amores:
S eu quod ſuauius:elegantius ue eſt:
N am unguentum dabo quod meæ puellæ
D onarunt ueneres cupidineſque:
Q uod tu cum olfacies:deos rogabis
T otum ut te faciant fabulle naſum.

AD CALVVM POETAM

NI te plus oculis meis amarem
Iocundiſſime calue:munere iſto
O diſſem te odio uatiniano:
N am quid feci ego:quid ue ſum locutus
C ur me tot malis perderes poetis:
I ſti dii mala multa dent clienti
Q ui tantum tibi miſit impiorum:
Q uod ſi ut ſuſpicor hoc nouum ac repertum
M unus dat tibi ſulla litterator:
N on eſt mi male:ſed bene ac beate
Q uod non diſpereunt tui labores:
D ii magni horribilem & ſacrum libellum
Q uem tu ſcilicet ad tuum catullum
M iſti continuo:ut die periret
S aturnalibus optimo dierum.
N on non hoc tibi ſalſe ſic abibit.
N am ſi luxerit ad librariorum
C urram ſcrinia:ceſios:aquinos
S uphenum:omnia colligam uenena:
A c te his ſuppliciis remunerabor
V os hinc interea ualete:abite
I lluc:unde malum pedem attuliſtis:
S æcli incommoda peſſimi poetæ
S i qui forte mearum ineptiarum
L ectores eritis:manuſque ueſtras
N on horrebitis admouere nobis

AD AVRELIVM.

COmmendo tibi me ac meos amores

Aureli:ueniam peto pudentem
Vt ſi quicquam animo tuo cupiſti
Quod caſtum expeteres:& integellum
Conſerues puerum mihi pudice
Non dico a populo:nihil ueremur
Iſtos qui in platea modo huc:modo illuc
In re prætereunt ſua occupati
Verum a te metuo:tuoque pene
Infeſto pueris bonis:maliſque
Quem tu qualibet ut libet moneto
Quantum uis:ubi erit foris paratum:
Hunc unum excipio:ut puto pudenter:
Quod ſi te mala mens:furorque uecors
In tantam impulerit ſceleſte culpam:
Vt noſtrum inſidiis caput laceſſas.
Ah tum te miſerum:malique fati
Quem attractis pedibus patente porta
Percurrent raphanique mugileſque

AD AVRELIVM

Pedicabo ego uos:& irrumabo
Aureli prathice:& cinede furi
Qui me ex uerſiculis meis putaſtis
Quod ſunt molliculi:parum pudicum:
Nam caſtum eſſe decet:pium poetam
Ipſum:uerſiculos nihil neceſſe eſt:
Qui tum denique habent ſalem ac leporem
Si ſint molliculi:ac parum pudici
Et quod pruriat incitare poſſunt.
Non dico pueris:ſed his piloſis
Qui duros nequeunt mouere lumbos:
Vos qui milia multa baſiorum
Legiſtis:male me marem putaſtis
Pedicabo ego uos:& irrumabo:

AD AMICVM

O Colonia quem cupis ponte ledere longo
Et ſalire:paratum habes:ſed ueteris inepta
Crura ponticuli ac ſub his totus irrediuiuis
Ne ſupinus eat:cauaque in palude recumbat:
Sic tibi bonus:ex tua pons libidine fiat:
In quo uel ſalii uel ſubſalii ſacra ſuſcipiant:
Munus hoc mihi maximi da colonia riſus
Quendam municipem meum de tuo uolo ponte
Ire precipitem in lutum per caput pedeſque:
Verum totius ut lacus putidæ paludis
Liuidiſſima maximeque eſt profunda uorago

I nſulſiſſimus eſt homo:nec ſapit pueri inſtar
B imuli tremula patris dormientis in ulna
C ui ſit iocus uiridiſſimo nupta flore puella
V t puella tenellulo delicatior hedo
A ſſeruanda nigerrimis diligentius uuis:
L udere hanc ſinit:ut lubet:nec pili facit uni
N ec ſe ſubleuat ex ſua parte:ſed uelut alnus
I n foſſa liguri iacet ſeperata ſecuri:
T antundem omnia ſentiens:q̃ ſi nulla ſit uſquam
T alis iſte meus ſtupor nil uidet:nil audit:
I pſe qui ſit utrum ſit:an non ſit id quoque neſcit
N un eum uolo de tuo ponte mittere pronum
S i poteſt olidum repente excitare ueternum
E t ſupinum animum in graui derelinquere ceno
F eream ut ſoleam tenaci in uoragine mula

AD AVRELIVM.

A Vreli pater eſuritionum
Non harum modo:ſed quot aut fuerunt
A ut ſunt:aut aliis erunt in annis
P edicare cupis meos amores:
N ec clam:nam ſimul & iocaris una
H erens ad latus omnia experiris
F ruſtra:nam inſidias mihi inſtruentem
T angam te prius irrumatione
A t quæ ſi faceres ſatur tacerem:
N unc ipſum id doleo:ꝙ eſurire
N æ neus puer:& ſitire diſcet:
Q uare deſine dum licet pudico
N ec finem facias:ſed irrumatus

AD VARVM.

R Vffenus iſte uare quem probe noſti
Homo eſt uenuſtus:& dicax:& urbanus
I demque longe plurimos facit uerſus:
P uto eſſe ego illi millia:aut decem:aut plura
P erſcripta nec ſicut fit in palinxeſto
R elata carthæ regiæ noui libri:
N oui umbilici:lora rubra:membrane:
D eſecta plumbo:& punice omnia æquata
H æc cum legas tum bellus ille & urbanus
R uffenus unus caprimulgus:aut foſſor
R urſus uidetur:tantum abhorret:ac mutat
H oc quid putemus eſſe?qui modo ſcurra
A ut ſi quid hac re triſtius uidebatur:
I dem infaceto eſt infacetior rure
S imul poemata attigit:neque idem unquam

Aeque eſt beatus:ac poema cum ſcribit
Tam gaudet in ſe:tanque ſeipſe miratur
Nimirum idem omnes fallimur:neque eſt quiſq̃
Quem non in aliqua re uidere ruffenum
Poſſis:ſuus cuique attributus eſt error :
Sed non uidemus manticæ quod in tergo eſt :

AD FVRIVM.

FVri cui neque ſeruus eſt neque archa
Nec cimex:neque araneus:neque ignis
Verum eſt & pater:& nouerca quorum
Dentes uel ſilicem comeſſe poſſunt:
Eſt pulchre tibi cum tuo parente
Et cum coniuge lignea parentis:
Nimirum:bene:nam ualetis omnes
Pulchre concoquitis:nihil timetis:
Non incendia:non graues ruinas :
Non facta impia:non dolos ueneni:
Non caſus alios periculorum:
Atqui corpora ſicciora cornu
Aut ſi quid magis aridum eſt habetis:
Sole & frigore:& eſuritione :
Quare non tibi ſit bene:ac beate?
A te ſudor abeſt:abeſt ſaliua:
Mucuſque.& mala pituita naſi
Hanc ad mundiciem:adde mundiorem:
Quod culus tibi purior ſalillo eſt:
Nec toto decies cacas in anno
Atque id durius eſt faba:& lapillis:
Quod tu ſi manibus teras friceſque
Non unquam digitum inquinare poſſes:
Hæc tu commnda tam beata furi
Noli ſpernere:nec putare parui:
Et ſeſtertia quæ ſoles precari
Centum deſine:nam ſat es beatus:

AD AMICVM

O Qui floſculus es iuuenciorum
Non horum modo:ſed quot aut fuerunt
Aut poſt hac aliis erunt in annis
Malem delitias mihi dediſſes
Quam iſti cui neque ſeruus eſt neque arca:
Quam ſic te ſineres ab iſto amari
Qui non eſt homo:bellus in quies eſt:
Sed bello huic neque ſeruus eſt:neque archa:
Hoc tu q̃ lubet abiice:eleuaque:

N ec ſeruum tamen ille habet:neque arcam.

AD THALLVM.

CInede thalli molior cuniculi capillo:
Vel anſeris medulula uel inula mollicella:
V el pene languido ſenis:ſituque araneoſo:
I demque thalle turbida rapacior procella.
Q uom diua mulier aues oſtendit oſcitantes
R emitte palium mihi meum quod inuolaſti:
S udariumque ſæthabum catagraphonq; lino
I nepte quæ palam ſoles habere:tanquam auita
Q uæ nunc tuis ab unguibus reglutina:& remitte:
N e laneum latuſculum:manuſque mollicellas
I nuſta turpiter tibi flagella conſcribillent
E t inſolenter æſtues:uelut minuta magno
D eprhenſa nauis in mari uæſaniente uento.

AD FVRIVM.

FVri uillula ueſtra non ad auſtri
Flatus oppoſita eſt:nec ad fauoni
N ec ſæui boreæ:aut apheliotæ:
V erum ad milia quindecim:& ducentos
O uentum horribilem:atque peſtilentem:

AD PINCERNAM SVVM.

MIniſter uetuli puer ſalerni
Ingere mi calices amariores:
V t lex poſthumie iubet magiſtræ
E brioſæ acinæ ebrioſi oris
A t uos quo lubet hinc abite limphæ
V ini pernicies:& ad ſeueros
M igrate:hic merus eſt thyonianus:

AD VERANNIVM ET FABVLLVM.

PIſonis comites cohors inanis
Aptis ſarcinulis & expeditis
V eranni optime:tuque mi fabulle:
Q uid rerum geritis?ſatis ne cum iſto
V appa:frigoraque & famem tuliſtis:
E cquidnam in tabulis patet lucelli:
E xpenſum?ut mihi qui meum ſecutus
P retorem refero datum lucello
O memi bene me:ac diu ſupinum
T ota iſta trabe lentus irrumaſti:
S ed quantum uideo pari fuiſtis
C aſu:iam nihilo minore uerpa
F arti eſtis:pete nobiles amicos:
A t uobis mala multa dii:deæque
D ent opprobria:romuli:remique:

AD ROMVLVM CATAMITVM

QVis hoc poteſt uidere: quis poteſt pati?
Niſi impudicus: & uorax & aleo:
Nammurram habere: quod comata gallia
Habebat cuncta & ultima britania:
Cynede romule hæc uidebis & feres?
Et ille nunc ſuperbus: & ſuperfluens
Perambulauit omnium cubilia:
Vt albulus columbus: aut dioneus.
Cynede romule hæc uidebis: & feres?
Et ſi impudicus: & uorax: & aleo
Eo ne nomine imperator unice
Fuiſti in ultima occidentis inſula:
Vt iſta ueſtra diffututa mentula
Ducenties comeſſet: aut trecenties:
Quid eſt? alit ſiniſtra liberalitas
Parum expatrauit: an parum heluatus
Paterna primum lancinata ſunt bona:
Secunda præda pontica: inde tertia
Hibera quam ſcit amnis aurifer tagus:
Hunc galliæ timet terra & brtaniæ
Quid hunc malum fouetis: aut quid hic poteſt:
Niſi cuncta deuorare patrimonia:
Eo ne nomine urbis opulentiſſime
Socer generque perdidiſtis omnia:

AD ALPHENVM.

ALphene imemor: atq; unanimis falſe ſodalibus
Iam te nil miſeret dure tui dulcis amiculi
Iam me prodere: iam non dubitas perfide.
Hæc facta impia fallaciũ hominũ cælicolis placent
Quæ tu negligis: ac me miſerum deſeris in malis:
Heu qd faciãt dico homines: cui ue habeãt fidem:
Certe tu te iubebas animam tradere iniquæ
Inducens in amorem quaſi tuta omnia mi foret
Idem nunc retrahis te ac tua dicta: omnia factaq;
Ventos irrita ferre: ac nebulas aereas ſinis
Si tu oblitus es: at dii meminerunt meminit fides
Quæ te ut peniteat poſt modo facti faciet tui:

AD SIRMIONEM INSVLAM.

PEne inſularum ſirmio: inſularumque
Ocelle: quaſcunque in liquentibus ſtagnis
Marique uaſto fert uterque neptunus
Quam te libenter: quanque lætus inuiſo:
Vix mi ipſe credens thynniam atque bithynos
Liquiſſe campos: & uidere in tuto

O quid ſolutis eſt beatius curis?
Quom mens onus reponit:ac peregrino
Labore feſſi uenimus larem ad matrem:
Deſideratoque acquieſcimus lecto:
Hoc eſt quod unum eſt pro laboribus tantis
Salue o uenuſta ſirmio:atque hero gaude:
Gaudete uoſque lydie lacus undæ:
Ridete quicquid eſt domi cachinorum:

AD IPSITILLAM

AMabo mea dulcis ipſitilla
Meæ delitiæ:mei lepores.
Iube ad te ueniam meridiatum:
Et ſi iuſſeris illud adiuuato:
Neu quis liminis obſeret tabellam:
Neu tibi libeat foras abire:
Sed domi maneas:pareſque nobis
Nouem continuas futuriones:
Verum ſi quid ages ſtatim iubeto:
Nam pranſus iaceo:& ſatur ſupinus
Pertundo tunicamque paliumque

AD VIBENIVM.

OFurum optime balneariorum
Vibenni pater:& cynede fili
Nam dextera pater inquinatiore
Culo filius eſt uoratiore
Cur non exilium:malaſque in oras
Itis quandoquidem patris rapinæ
Note ſunt populo:& nates piloſas
Fili non potes aſſe uendicare:

CARMEN DIANAE.

DIane ſimul in æde
Puellæ:& pueri integri
Puellæque canamus:
O latonia maximi
Magna progenies iouis:
Quam mater prope deliam
Depoſuit oliuam:
Montium domina ut fores
Syluarumque uirentium:
Saltuumque reconditorum:
Amniumque ſonantium:
Tu lucina dolentibus:
Iuno dicta puerperis:
Tu potens triuia:& noto es
Dicta lumine luna:

T u curſu dea menſtrua
M etiens iter annuum:
R uſtica agricolæ bonis
T ecta frugibus exples:
S is quocunque tibi placet
S ancta nomine:romulique
A ntiquam ut ſolita es:bona
S oſpites ope gentem.

AD CECILIVM

P Oetæ tenero meo ſodali
Velim cecilio papire dicas
V eronamueniat noui relinquens
C omi mœnia:lariumque littus
N am quaſdam uolo cogitationes
A mici accipiat ſui:meique
Q uare ſi ſapiet uiam uorabit
Q uamuis candida milies puella
E untem reuocet:manuſque collo
A mbas iniciens roget morari
Q ue nunc ſi mihi uera nunciantur
I llum deperit impotente amore:
N am quo tempore legit indotatam
D indymi dominam:ex eo miſellæ
I gnes interiorem edunt medullam
I gnoſco tibi ſaphica puella
M uſa doctior:eſt enim uenuſte
M agna cecilia inuocata mater

AD ANNALES VOLVSII

A Nnales uoluſii cacata charta
Votum ſoluite pro mea puella:
N am ſancte ueneri:cupidinique
V ouit ſi ſibi reſtitutus eſſem:
D ediſſemque truces uibrare iambos
E lectiſſima peſſimi poetæ
S cripta tardipedi deo daturam
I nfelicibus uſtulanda lignis:
E t hoc peſſima ſe puella uidit
I ocoſe lepide uouere diuis
N unc o ceruleo creata ponto
Q ue ſanctum idalium:urioſque apertos:
Q ueque ancona:gnidumque arundinoſam:
C olis quæque amathunta queque & alcos:
Q uæque dirachium hadriæ tabernam:
A cceptum face:reditumque uotum
S i non illepidum:neque inuenuſtum eſt:
A t uos interea uenite in ignem

P leni thuris & inficetiarum
A nnuales uoluſi cacata charta.

AD CONTVBERNALES.

S Alax taberna:uoſque contubernales:
Apileatis nona fratribus pila
S olis putatis eſſe mentulas uobis:
S olis licere quicquid eſt puellarum
C onfutuire:& putare cæteros hircos:
A n continentur quod ſedetis inſulſi
C entum an ducenti non putatis auſurum
M e una ducentos irrumare ſeſſores:
A t qui putate nanque totius uobis
F rontem tabernæ ſcipionibus ſcribam
P uella nam modo quæ meo ſinu fugit
A mata tantum quantum amabitur nulla
P ro qua ſunt mihi magna bella pugnata
C onſedit iſtic:hanc boni beatique
O mnes amantis:& quidem quod indignum eſt
O mnes puſilli:& ſemitarii mœchi.

AD EGNATIVM

T V præter omnes une decapilatis
Cuniculoſæ celtiberiæ fili
E gnati opaca quem bonum facit barba
E t dens hibera defricatus urina:
M ale eſt:carnifici tuo catullo
M ale eſt:me hercule & laborioſe
E t magis ac magis indies & horas:
Q uem tu:quod minimum facillimumque eſt:
Q ua ſolatus es allocutione:
I raſcor tibi:ſic meos amores
P aulum quod lubet allocutionis
M œſtus lachrymis ſimonideis
E gnatiuſque candidos habet dentes
R enidet uſquequaque:ſeu ad rei uentum eſt
S ubſellium cum excitat orator fletum:
R enidet ille:ſeu ad pii rogum filii
L ugetur:orba quom flet unicum mater.
R enidet ille quicquid eſt:ubicunque eſt
Q uodcunque agit renidet hunc habet morbum
N eque elegantem:ut arbitror neque urbanum.
Q uare monendus es mihi bone egnati:
S i urbanus eſſes aut ſabinus aut tyburs
A ut parcus umber:aut obeſus hetruſcus
A ut lauinius acer atque dentatus:
A ut tranſpadanus:ut meos quoque attingam:

A ut quilibet qui puriter lauit dentes:
T amen renidere uſquequaq; te nollem:
N am riſu inepto res ineptior nulla eſt:
N unc celtiber celtiberia in terra
Q uod quiſque mixit hoc ſol & ſibi mane
D entem atq; ruſam defricare gingiuam.
V t quo iſte ueſter expolitior deus eſt:
H oc te amplius bibiſſe prædicet lotus.

AD RAVIDVM.

QVæ nam te mala mens miſelle rauide
Agit præcipitem in meos iambos.
Q ui deus tibi non bene aduocatus
V ecordem parat excitare rixam?
A n ne ut peruenias in ora uulgi?
Q uid uis qua libet eſſe notus optas
E ris quandoquidem meos amores
C um longa uoluiſti amare pœna:
A me an illa puella defutura:
T ota milia me decem popoſcit:
I ſta turpiculo puella naſo
D ecoctoris amica formiani:
P ropinqui quibus eſt puellæ curæ:
A micos medicoſque conuocate.
N on eſt ſana puella: nec rogate
Q ualis ſit: ſolet hec imaginoſum
A deſte ændecaſyllabi quot eſtis
O mnes undique quo quot eſtis omnes
I ocum me putat eſſe mœcha turpis:
E t negat mihi ueſtra redditūram
P ugillaria ſi pati poteſtis:
P erſequamur eam & reflagitemus:
Q uæ ſit quæritis illa quam uidetis
T urpe incedere myrmice ac moleſte
R identem catuli ore gallicani
C ircumſiſtite eam: & reflagitate
M œcha putida redde codicillos
R edde putida mœcha codicillos.
N on aſſis facis olidum lupanar:
A ut ſi perditius poteſt quid eſſe
S ed non eſt tamen hoc ſatis putandum:
Q uod ſi non aliud poteſt ruborem
F erreo canis exprimamus ore:
C onclamate iterum altiore uoce:
M œcha putida redde codicillos:
R edde putida mœcha codicillos:

S ed nil proficimus nihil mouetur:
M utanda eſt ratio moduſque nobis:
S i quid proficere amplius poteſtis:
P udica & proba redde codicillos

DE AMICA FORMIANI

S Alue nec minimo puella naſo
Nec bello pede: nec nigris ocellis
N ec longis digitis: nec ore ſicco
N ec ſane nimis elegante lingua:
D ecoctoris amica formiani
T en prouincia narrat eſſe bellam?
T ecum leſbia noſtra comparatur.
O ſeclum inſipiens: & infacetum.

AD FVNDVM.

O Funde noſter: ſeu ſabine ſeu tyburs
Nam te eſſe tyburtem autumant quibus nõ eſt
C ordi catullum lædere: at quibus cordi eſt:
Q uouis ſabinum pignore eſſe contendunt:
S ed ſeu ſabine ſiua uerius tyburs:
F ui libenter in tua ſuburbana
V illa alia qui pectore expulſus ſum.
N on immerenti q̃ mihi meretur mens:
D um ſumptuoſas appeto dedit cœnas:
N am ſextianus dum uolo eſſe conuiua
O ratione n munacii petitorum
P lenam ueneni & peſtilentiæ legi:
H ic me grauedo frigida & frequens tuſſis:
Q uaſſauit uſquedum in tuum ſinum fugi
E t me recuraui ocioque & urtica:
Q uare refectus maximas tibi grates
A go: meum quod non es ulta peccatum:
N ec deprecor iam ſi nepharia ſciripta
S entire ceſpo quin grauedinem & tuſſim
N on mihi ſed illi ſextio ferat frigus.
Q ui tunc uocat me cum malum librum legit:

DE SEPTIMIO.

A gme ſeptimius ſuos amores:
Tenens in gremio nea inquit agme
Ni te perdite amo: atque amare porro
O mnes ſum aſſidue paratus annos:
Q uantum qui pote plurimum perire
S olus in lybia indiaque coſta:
C eſio ueniam obuius leoni
H oc ut dixit amor ſiniſtra ut ante
D extra ſternuit approbatione:

agme leuiter

A t agme leuiter caput reflectens :
E t dulcis pueri ebrios ocellos :
I llo purpureo ore ſauiata :
S ic inquit: mea uita ſeptimille
H uic uni domino uſque ſeruiamus :
V t multo mihi maior acriorque
I gnis: mollibus ardet in medullis :
H oc ut dixit amor ſiniſtra ut ante
D extra ſternuit approbatione
N unc ab auſpicio bono profecti :
M utuis animis amat amantur :
V nam ſeptimius miſellus agmen :
M auult q̄ ſyrias: britaniaſque.
V no in ſeptimio fidelis agme
F acit delitias libidineſque
Q uis ullos homines beatiores
V idit? quis uenerem auſpicatiorem ?

AD SE IPSVM

I Am ueregelidos refert tepores :
Iam celi furor equinoctialis :
I ocundis zephiri ſileſcit auris :
L inquantur phrygii catulle campi:
N iceæque ager ruber æſtuoſe :
A d claras aſiæ uolemus urbes :
I am mens prætrepidans auet uagari :
I am læti ſtudio pedes uigeſcunt :
O dulces comitum ualete coetus.
L onge quos ſimul a domo profectos :
D iuerſæ uariæ reportant :

AD PORTIVM ET SOCR.

P Orti: & ſocration: duæ ſiniſtræ
Piſonis ſcabies: faueſque mundi memū
V os ueraniolo meo: & fabullo
V erpus præpoſuit priapus ille :
V os conuiua lauta ſumptuoſe :
D e die facitis mei ſodales :
Q uærunt in triuio uocationes.

AD IVVENTIVM.

M Ellitos oculos tuos iuuenti :
Si quis me ſinat uſque baſiare :
V ſque ad milia baſiem trecenta :
N ec unquam ſaturum inde cor futurum
N on ſi denſior aridis ariſtis
S it noſtræ ſeges oſculationis.

AD MARCVM .T. C.

DIſertiſſime romuli nepotum:
Quot ſunt: quotque fuere marce tulli:
Quotque poſt aliis erunt in annis:
Gratias tibi maximas catullus
Agit: peſſimus omnium poeta:
Tanto peſſimus omnium poeta:
Quanto tu optimuus omnium patronus:

AD LICINIVM.

HEſterno licini die ocioſi
Multum luſimus in meis tabellis:
Vt conuenerat eſſe delicatos
Scribens uerſiculos uterque noſtrum:
Ludebat numero modo hoc modo illoc:
Reddens mutua per iocum atque uinum:
Atque illinc abii tuo lepore
Incenſus licini: facetiiſque:
Vt nec me miſerum cibus iuuaret:
Nec ſonus tegeret quiete ocellos:
Sed toto in domitus furore lecto:
Verſaret cupiens uidere lucem.
Vt tecum loquerer ſimulque eſſem.
At defeſſa labore membra: poſtquam
Semi mortua lectulo iacebant:
Hoc iucunde tibi poema feci
Ex quo perſpiceres meum dolorem:
Hunc audax caueas: preceſque noſtras
Oramus caue deſpuas ocello.
Ne pœnas nemeſis repoſcat a te
Eſt uehemens dea lædere caueto.

AD LESBIAM.

ILle mi par eſſe deo uidetur
Ille ſi fas eſt ſuperare diuos:
Qui ſedens aduerſus idetidem te.
Spectat: & audit.
Dulce ridentem: miſero quod omnis
Eripit ſenſus mihi: nam ſimul te
Leſbia aſpexi nihil eſt ſuper mi

LIngua ſed torpet: tenuis ſub artus:
Flamma demanat: ſonitu ſuopte
Tintinnant aures: gemina teguntur
Lumina nocte.
Ocium catulle tibi moleſtum eſt.
Ocio exultas: nimiumque geſtis:
Ocium reges: prius & beatas

perdidit

P erdidit urbes.

IN NOVIVM.

QVid eſt catulle? quid moraris emori?
Sella in curuli ſtruma nouius ſedet.
P er conſulatum peierat uatinius:
Q uid eſt catulle? quid moraris emori?

RIſi neſcio quem modo & corona
Qui cum mirifice uatiniana
M eus carmina caluus explicaſſet.
A dmirans ait hæc manuſque tollens.
D ii magni ſolopycium diſertum
O thonis caput oppido eſt puſillum

HOc iucunde tibi poema feci
Ex quo perſpiceres meum dolorem:
A t en ruſtice ſemilauta crura:
S ubtile:& leue peditum liboni eſt
S i non omnia diſplicere uellem
T ibi & ſufficio ſeni recocto

AD CAMERIVM.

IRaſcere iterum meis iambis:
Immerentibus unice imperator:
O ro:ſi tibi forte non moleſtum eſt
D emonſtres ubi ſint tuæ tenebræ
T e quæſiuimus in minore campo.
T e incirco:te in omnibus libellis
T e in templo ſuperi iouis ſacrato:
I n magni ſimul ambulatione.
F æmellas omnes amice præhendi:
Q uas uultu uidi tamen ſereno:
A uellite ſic ipſe flagitabam
C amerium mihi peſſimæ puellæ
Q uædam inquit nudum reduce:
E n hæc in roſeis latet papillis:
S ed te querere iam:herculis labes eſt
T anto te in faſtu negas amice
D ic nobis ubi ſis futurus:ede
A udacter:comitte hoc ede licenter
N unc te lacteolæ tenent puellæ:
S i linguam clauſo tenes in ore:
F ructus proicies amoris omnes:
V erboſa gaudet uenus loquela.
V el ſi uis licet obſeres palatum:
T u noſtri ſies particeps amoris

AD CATONEM.

ORem ridiculam cato:& iocoſam
Dignamque auribus & tuo chacinno.
Ride quicquid amas cato catullum:
Res eſt ridicula:& nimis iocoſa:
Depræhendi modo puellæ
Criſſantem:hunc ego ſi placet dione
Pro telo rigida mea cecidi:
Pulchre conuenit improbis cinædis
Mamurræ pathicoque cæſarique
Nec mirum maculæ pares utriſque
Vrbana altera:& illa formiana:
Impreſſæ reſident nec eluentur.
Morboſi pariter:gemelli utrique
Vno in lectulo erudituli ambo:
Non hic q̃ ille magis uorax adulter:
Riuales ſocii:& puellarum
Pulchre conuenit improbis cinædis.

AD CAELIVM.

COeli leſbia noſtra:leſbia illa:
Illa leſbia quam catullus unam
Pluſquam ſe:atque ſuos amauit omnes:
Nunc in quadriuiis:& angiportis:
Glubit magnanimos remi nepotes

AD CAMERIVM.

NOn cuſtos ſi fingar ille cretum:
Non ſi pegaſeo ferar uolatu
Non ladas ego pennifer ue perſeus.
Non rrheſi niueæ citeque bigæ:
Adde huc plumipedas uolatileſque:
Ventorumque ſimul require curſum:
Quos iunctos cameri mihi dicares:
Defeſſus tamen omnibus medullis
Et multis lagoribus pereſus
Eſſem:te mihi amice quæritando

IN RVFFVM.

BOnonienſis ruffa ruffum fellat:
Vxor meneni:ſæpe quam in ſepulchris
Vidiſtis:ipſo rapere de rogo cœnam:
Quom deuolutum ex igne proſequens panem:
A ſemiraſo tonderetur uſtore:
Num te leæna montibus libyſſinis:
Aut ſcylla latrans infima inguinum parte:
Tam mente dura pro creauit:ac terra
Vt ſupplicis uocem in nouiſſimo caſu:

contẽptam

Contemptam animi haberes fero corde.

EPITHALAMIVM uliæ & Mallii.

Collis o heliconii
Cultor: uraniæ genus
Qui rapis teneram ad uirum
Virginem o hymenæe
Hymen o hymenæe hymen:
Cinge tempora floribus:
Suaue olentibus amaraci:
Flameum cape lætus huc:
Huc ueni niueo gerens
Lutheum pede ſoccum:
Excituſque hilari die:
Nuptialia concinens:
Voce carmina tinnula:
Pelle humum pedibus: manu
Pineam quate tedam.
Nanque iulia mallio
Qualis idalium colens
Venit ad phrygium uenus:
Iudicem: bona cum bona
Nubet alite uirgo:
Floridis uelut enitens
Myrtus aſia ramulis:
Quos hamadryades deæ
Ludicrum ſibi roſcido
Nutriunt in humore.
Quare age huc aditum ferens
Perge linquere theſpiæ
Rupis aonios ſperus:
Nympha quos ſuper irrigat
Frigerans aganippe:
Ac domum domina uoca:
Coniugis cupidam noui:
Mentem amore reuinciens:
Vt tenas hedera hac & hac
Arborem implicat errans
Vos item ſimul integræ
Virgines: quibus aduenit
Par dies: agite in nodum
Dicite o hymenæe hymen:
O hymen hymenæe hymen
Vt lubentius audiens:
Se citarier ad ſuum
Munus: huc aditum ferat:

D ux bonæ ueneris:boni
C oniugator amoris:
Q uis deus magis amatis
E ſt petendus amantibus?
Q uem colent homines magis
C œlitum?o hymenæe hymen:
O hymen hymenæe hymen
T e ſuis tremulus parens
I nuocat tibi uirgines
Z onula ſoluunt ſinus:
T e timens cupida nouos
C aptat aure maritos:
T u fero iuueni in manus:
F loridam ipſe puellam:
M atris a gremio ſuæ:
O hymen hymenæe hymen:
N il poteſt ſine te uenus:
F ama quod bona combrobet:
C ommodi capere:at poteſt
T e uolente:quis hic deo
C omparier auſit?
N ulla quit ſine te domus
L iberos dare:nec parens
S tirpe uincier:at poteſt
T e uolente:quis huic deo
C ompararier auſit?
Q uæ tuis careat ſacris
N on queat dare præſides
T erra finibus:at queat
T e uolente quis huic deo
C onpararier auſit?
C lauſtra pandite ianuæ.
V irgo adeſt:uidem ut faces
S plendidas quatiunt comas?
T ardet ingenuus pudor:
Q uem tamen magis audiens
F let:quod ire neceſſe eſt:
F lere deſine non tibi
A rculea periculum eſt:
N equa fœmina pulchrior:
C larum ab oceano diem
V iderit uenientem.
T alis in uario ſolet
D iuitis domini hortulo
S tare flos hiacynthinus

ſed moraris

Sed moraris:abit dies:
Prodeas noua nupta ſi
Iam uidetur:& audias
Noſtra uerba.uiden ut ſaces
Aureas quatiunt comas?
Prodeas noua nupta
Non leuis tuus in mala
Deditus uir adultera:
Probra turpia perſequens:
A tuis teneris uolet
Secubare papilullis:
Lenta quæ uelut adſitas
Vitis implicat arbores:
Implicabitur in tuum
Complexum:ſed abit dies
Prodeas noua nupta:
O cubile:quod omibus
Candido pede lectis:
Quæ tuo ueniunt hero
Quanta gaudia:quæ uaga
Nocte:quæ media die
Gaudeat:ſed abit dies
Prodeas noua nupta
Tollite o pueri faces
Flammeum uideo uenire
Io hymen hymenææ io
Io hymen hymenææ io
Ite concinite in modo
Ne diu taceat procax
Feſcenina locutio.
Nec nuces pueris neget
Deſertum domini audiens
Concubinus amorem
Da nuces pueris iners
Concubine ſatis diu.
Luſiſti nucibus:lubet
Iam ſeruire thalaſio:
Concubine nuces da:
Sordebant tibi uillicæ
Concubine hodie:atque heri
Nunc tuum cinerarius
Tondet os:miſer ah miſer:
Concubine nuces da
Diceris male te a tuis
Vnguentate glabris marite

Abſtinere. ſed abſtine:
Io hymen hymenæe io:
Io hymen hymenæe io:
Scimus hæc tibi quæ licent:
Sola cognita ſed marito
Iſta non eadem licent
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io
Nupta tu quopue quæ tuus
Vir petet: caue ne neges:
Ne petitum aliunde eat:
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io
En tibi domus ut potens:
Et beata uiri tui:
Quæ tibi ſine ſine ſeruit:
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io:
Vſque dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit:
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io:
Tranſfer omine cum bono
Limen aureolos pedes:
Raſilemque ſubi forem.
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io:
Aſpice unus ut accubans
Vir tuus tyrio in toro:
Totus immineat tibi
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io
Illi non minus ac tibi
Pectore uritur intimo
Flamina: ſed penite magis:
Io hymen hymenæe io
Io hymen hyuenæe io
Mitte brachiolum teres
Prætextate puelullæ:
Iam cubile adeant uiri
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io.
Bone ſenibus unis
Cognite bene: fœminæ

collocate

C ollocate puellulam
I o hymen hymenææ io
I o hymen hymenææ io
I am licet uenias marite:
V xor in thalamo eſt tibi
O re floridulo nitens:
A lba parthenicæ uelut
L utheum ue papauer
N on diu remoratus es:
I am uenis bona te uenus
I nuenit quoniam palam
Q uod cupis capis:& bonum
N on abſcondis amorem:
A d maritum tamen iuuenem
C œlites nihilominus
P ulchræ res:neque te uenus
N egligit:ſed abiit dies
P erge:ne remorare
I lle pulueris erzthrei
S ydcrumque micantium
S ubducat numerum prius:
Q ui ueſtri numerare unlt
M ulta milia ludere
E t ludite:ut lubet & breui
L iberos date:non decet
T am uetus ſine liberis
N omen eſſe:ſed indidem
S emper ingenerari
T orquatus uolo paruulus:
M atris e gremio ſuæ
P orrigens teneras manus:
D ulce rideat ad patrem:
S ed mihi ante labello
S it ſuo ſimilis patri:
M allio & facile inſciis
N oſcitetur ab omnibus
E t pudicitiam ſuæ
M atris indicet ore
T alis illius a bona
M atre laus genus approbet
Q ualis unica ab optima
M atre:telemacho manet
F ama penelopeo
C laudite hoſtia uirgines
L uſimus ſatis at boni

Coniugis bene uiuite: &
Munere aſſiduo: ualentem
Exercete iuuentem

EXAMETRVM carmen nuptiale:

Veſper adeſt iuuenes cõſurgite: ueſper olympo
Expectata diu uix tandem lumina tollit.
Surgere iam tẽpus: iã pingues linquere menſas:
Iam ueniet uirgo iam dicetur hymenæus:
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe:
Cernitis innuptæ iuuenes conſurgite contra:
Nimirum ecos oſtendit noctifer hymbres
Sic certe: uiden ut perniciter exiluere:
Non temere exiluere: cauent quo uiſere parent:
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe
Aſpicite innuptæ ſecum ut meditata requirunt:
Non facilis nobis æqualis palma parata eſt:
Non fruſtra meditãtur: habẽt memorabile qđ ſit
Nos alio mentes: alio diuiſimus aures:
Iure igitur uincemur amat uictoria curam:
Quare nunc animos ſaltem committite ueſtros:
Dicere iam incipient: iam reſpondere decebit.
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe
Heſpere qui cœlo lucet crudelior ignis:
Qui natam poſſis complexu auellere matris:
Complexu matris retinentem auellere natam.
Et iuueni ardente caſtam donare puellam:
Quid faciunt hoſtes: capta crudelius orbe?
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe
Heſpere qui cœlo lucet iucundior ignis:
Qui natam poſſis complexu auellere matris
Qui deſponſa tua firmes conubia flamma.
Quod pepigere uiri pepigerunt ante parentes
Nec iunxere prius: q̃ ſe tuus extulit ardor.
Quid datur a diuis fœlici optatius hora:
Hymen o hymenæe hymen o hymenæe
Heſperus a nobis æquales abſtulit unam
Nanque tuo aduentu uigilas cuſtodia ſemper:
Nocte latent fures quos idem ſæpe reuertens
Veſpere mutato cõpræhendis nomine eodem:
At lubet in nuptis ficto te carpere queſtu:
Quid cum ſit carpun: tacita q̃ mẽte requirunt
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe:
Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis:
Ignotus pecori nulli contuſus aratro
Quem mulcent auræ: firmat ſol: educat imber:

Multi illum pueri:multæ optauere puellæ:
Idem cum tenui captus defloruit ungui
Nulli illum pueri nullæ optauere puellæ
Sic uirgo dum intacta manet:dum cara ſuis:ſed
Cum caſtum amiſit polluto corpore florem
Nec pueris iucunda manet:nec cara puellis
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe:
Vt uidua in nudo uitis quæ naſcitur aruo:
Nunquã ſe extollit:nunq̃ mittem educat uuam
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus:
Iam iam contingit ſummum radice flagellum:
Hanc nulli agricolæ:nulli coluere iuuenci
At ſi forte eadem eſt ulmo coniuncta marito
Multi illam agricolæ multi accoluere iuuenci:
Sic uirgo dum intacta manet dum inculta ſeneſcit
Cara uiro magis:& minus eſt in uiſa parenti
Et tu nec pugna cum tali coniuge uirgo:
Non æquum eſt pugnare:pater cui tradidit ipſe
Quom par conubium maturo tempore adepta eſt
Ipſe pater cum matre quibus parere neceſſe eſt
Virginitas non tota tua eſt:ex parte parentum
Tertia pars matri data:pars data tertia patri:
Tertia ſola tua eſt:noli pugnare duobus
Qui genero ſua iura ſimul cum dote dederunt
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.

DE PERECYNTHIA ET ATY.

Super alta uectus atys celeri rate maria
Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit
Adiitque opaca ſyluis redimita loca deæ
Stimulatus ut furenti rabie uagus amnis
Deuoluit lectis acuto ſibi pondere ſilices:
Itaque ut relicta ſenſit ſibi membra ſine uiro
Etiam recenti terræ ſola ſanguine maculans
Niueis citata cœpit manibus leue tympanum
Tympanum tubam cybeles:tua mater initia
Quatiens terga tauri & teneris caua digitis
Canere hoc ſuis adorta eſt tremebunda comitibus
Agite ite ad alta callæ cybeles nemora ſimul
Simul ite dindymenæ dominæ uaga pectora
Alienaque petentes uelut exules loca celeri
Sectam meam execute duce me mi comittes
Rapidum ſalum tuliſtis:truculentaque pelagi:
Et corpus euiraſtis ueneris nimio odio
Hilarate ære excitatis erroribus animum:
Mora tarda mente cedat:ſimul ite:ſequimini

Phrygiam ad domũ cybeles phrygia ad nemora deæ:
Vbi cymbalum ſonat uox:ubi tympena reboant:
Tibicen ubi canit phrix ubi curuo graue calamo:
Vbi capita menades ui iaciunt ederigere
Vbi ſacra ſancta acutis ululatibus agitant:
Vbi ſueuit illa duce uolitare cohors uaga:
Quo nos decet citatis celerare tripudiis
Simul hæc comitibus atys cecinit nota mulier
Thyaſis repente linguis trepidiantibns ululat:
Leue tympanũ remugit:caua cymbala recrepant.
Viridem citus adit idam properante pede chorus
Furibunda ſimul anhelãs uaga:uadit animo gemens
Comitata tympano atys per opaca nemora dux:
Veluti iuuenca uitans onus indomita iugi
Rapidæ ducem ſequuntur gallæ propere pedem:
Itaque domum cybeles tetigere laſſulæ:
Enimio labore ſomnum capiunt ſine cerere:
Piger his labentes oculos ſopor operit:
Abit inquieti mollis rabidis furor animi.
Sed ubi horis aureis ſol radiantibus oculis
Luſtrauit æthera album ſola dura:mare ferum
Reppulitque noctis umbras uegetis ſonipedibus
Vbi ſonus excitum atyn fugiens citus abiit
Trepidantem eum recæpit dea paſitheo ſinu.
Ita de quiete molli rapida ſine rabie:
Simul ipſe pectore atys ſua facta recoluit
Liquidaque mente uidit:ſineque is ubique foret
Animo æſtuanter uſus reditum ad uada tetulit
Ibi maria uaſta uiſens lachrymantibus ocellis
Patriam collocuta eſt ita uoce miſeriter mœſtula
Patria o mei creatrix:patria o mei genitrix
Ego q̃ miſer relinquens dominos ut herifuge:
Famuli ſolent:ad idæ tetuli nemora pedem
Vt aput niuem & ferarũ gelida ſtabula forem
Et earum omnia adirem furibunda latibula
Vbi nam:aut quibus locis te poſitam patria reor?
Cupit ipſa pupilla ad te ſibi dirigere aciem
Rabie fere carens dum breue tempus animus eſt.
Ego ne a mea remota hæc ferar in nemora domo?
Patria:bonis.amicis genitoribus abero?
Abero foro & paleſtra ſtadio:& gymnaſiis?
Miſer ah miſer querendũ eſt etiam atque etia animæ
Quid enim genus figura eſt:ego nunquid abierim?
Ego mulier:ego adoleſcens:ego ephebus:ego puer
Ego gymnaſii fui flos:ego eram decus olei:

M ihi ianuæ frequentes:mihi limina tepida:
M ihi floridis corolis redimita domus erat:
L inquendum ubi eſſet orto mihi ſole cubiculum?
E go ne deum miniſtra cybeles famula ferar
E go menas :ego mei paras:ego uis ſterilis ero
E go nirdis algida ide niue amicta loca colam?.
E go uitam agam ſub altis phrygiæ columinibus:
V bi cerua ſiluicultrix:ubi aper nemori uagus
I am iam dolet quod egi:iam iamque pœnitet
R oſeis ut hinc labellis palam ſonitus abiit
G eminas deorum ad aures noua nuncia referens
V bi iuncta iuga reſoluens cibeles leonibus:
L euumque pecoris hoſtem ſtimnlans ita loquitur:
A ge dum inquit:ege age ferox face ut hunc furor
F ac ut huc furoris ictu:reditum in nemora ferat:
M ea libere nimis qui fugere imperia cupit:
A ge: cede terga cauda tua uerbera patere:
F ac cuncta mugienti fremitu loca retonent.
R utilam ferox toroſa ceruice iam qua te iubam.
A it hec minax cybele.religatque iuga manu:
F erus ſeſe ipſe adhortatus:rapidum incitat animum
V adit:fremit:refringit uirgulta pede uago
A t ubi ultima albicantis loca littoris adiit
T enerumque uidit atyn prope marmora pelagi
F acit impetum:ille demens fugit in nemora fera
I bi ſemper omne uitæ ſpacium famula fuit:
D ea magna:dea cybele:dea domina dindymi
P rocul a mea tuus ſit furor omnis hæra domo
A lios age incitatos:alios age rapidos.

ARGONAVTICA

P eliaco qnondam prognatæ uertice pinus
Dicuntur liquidas neptuni naſſe per undas
P haſidos ad fluctus & fines oetheios
Q uom læti iuuenes argiuæ robora pubis
A uratam optantes colchis auertere pellem
A uſi ſunt uaſa ſalſa cita decurrere puppi
C erula uertentes abiegenis æquora palmis
D iua quibus retinens in ſummis urbibus arces:
I pſa leui fecit uolitantem flamine currum:
P inea coniungens inflexæ texta carinæ:
I lla rudem curſu primam imbuit amphitritem
Q uæ ſimulac roſtro uentoſum proſcidit æquor
T otaque remigio ſpumis incanduit unda:
E merſere feri candenti e gurgite uultus
A equoreæ monſtrum nereides admirantes

Illaque atque alia uiderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore nymphas:
Nutricum tenus extantes egurgite cano.
Tum thetidis peleus incenſus fertur amore
Quom thetis humanos non deſpexit hymenæos
Quom thetidi pater ipſe iugandum pellea ſenſit.
O nimis optato ſeclorum tempore nati
Heroes ſaluete: deum genus: o bona mater:
Vos ego ſæpe meo uos carmine compellabo:
Teque adeo eximiæ thetidis felicibus aucte
Teſſaliæ columen peleu: quem iuppiter ipſe:
Ipſe ſuos diuum genitor conceſſit amores:
Tene thetis tenuit pulcherrima neptũnine
Tene ſuam tethys conceſſit ducere neptem
Oceanuſque mari totum qui amplectitur orbem
Quæ ſimul optatæ finito tempore luces
Aduenere: domum conuentu tota frequentat
Teſſalia: oppletur: lætanti regia cætu:
Dona ferunt præ ſe declarãt gaudia uultu:
Deſeritur ſcyros: linquunt phthiotica tempe
Graiugenaſque domos ac mœnia lariſſea
Pharſaliam coeunt: pharſalia tecta frequentant
Rura colit nemo molleſcunt colla iuuencis:
Non humilis curuis purgatur uinea raſtris:
Non glebam prono conuelit uomere taurus:
Non falx attenuat frondatorum arboris umbram
Squalida deſertis rubigo infertur aratris:
Ipſius at ſedes quacunque opulenta receſſit:
Regia fulgenti ſplendent auro: atque argento:
Candet ebur ſoliis: collucent pocula menſæ:
Tota domus gaudet regali ſplendida gaza:
Puluinar uero diuæ geniale locatur:
Sedibus in mediis: indo quod dente politum
Tincta tegit roſeo conchilis purpura fuco:
Nec ueſtis priſcis hominum uariata figuris:
Heroum mira uirtutes indicat arte:
Namque fluentiſono proſpectans littore diæ
Theſea cedentem celeri cum claſſe tuetur:
Indomitos in corde gerens ariadna furores
Nec dum etiam ſeſeque ſui tum credidit eſſe
Vtpote fallaci quæ tum primum excita ſomno:
Deſertam iri in ſolam miſeram ſe cernit harena
Immemor at iuuenis fugiens: pellit uada remis
Irrita uentoſæ linquens promiſſa procellæ:
Quem procul ex alga mœſtis minois ocellis

ſaxea

S axea ut effigies bachantis proſpicit euæ:
P roſpicit & magnis curarum fluctuat undis:
N on flauo retinens ſutilem uertice mitram:
N on contecta leui uelatum pectus amictu:
N on tereti ſtrophio lactentis uincta papillas:
O mnia quæ toto delapſa e corpore paſſim
I pſius ante pedes fluctus ſalis alludebant
S ed neque tum mitræ neque tum fluitãtis amictus
I lla uicem curans toto ex te pectore theſeu
T oto animo tota pendebat perdita mente
A h miſeram aſſiduis quam luctibus extenuauit:
S pinoſas ericina ferens in pectore curas:
I lla tempeſtate ferox: & tempore theſeus:
E greſſus curuis e litoribus pyræi
A ttigit iniuſti regis cortinia templa:
N am perhibent olim crudeli peſte coactam
A ndrogeaneæ pœnas exoluere cedis:
E lectos iuuenes ſimul & decus innuptarum:
C ecropiam ſolitam eſſe dapem dare minotauro:
Q uis anguſta malis quom mœuia uexarentur
I pſe ſuum theſeus pro caris corpus athenis
P roiicere optauit: potius quam talia cretam
F unera cecropiæ: nec funera portarentur:
A tque ita naue leui nitens ac lenibus auris:
M agnanimum ad minoa uenit: ſedesque ſuperbas:
H unc ſimul at cupido conſpexit lumine uirgo
R egia quam ſuauis expirans caſtus odores:
L ectulus in molli complexu matris alebat:
Q uales eurotæ pergignunt flumina myrtus
A ura ue diſtinctos educit uerna colores
N on prius ex illo flagrantia declinauit
L umina quam cuncto concæpit corpore flammam
F unditus atque imis exarſit tota medullis
H eu miſere exagitans immiti corde furores:
S ancte puer curis hominum qui gaudia miſces:
Q uique regis colchos: quique idalium frondoſum:
Q ualibus incenſam iactaſti mente puellam
F luctibus: in flauo ſæpe hoſpite ſuſpirantem?
Q uantos illa tulit languenti corde timores:
Q uantum ſæpe magis fulgore expaluit auri:
Q uom ſæuum cupiens contra contendere monſtrum
A ut mortem oppeteret theſeus: aut præmia laudis
N on ingrata tamen fruſtra munuſcula diuis
P romittens: tacito ſuſpendit uota labello:
N am uelut in ſummo quatientem brachia tauro

Quercum: aut cornigeram ſudanti cortice pinum:
Indomitus turbo cōtorquens flamine robur
Eruit: illa procul radicibus exturbata
Prona cadit: late quæ cominus omnia frangit:
Sic domito ſæuum proſtrauit corpore theſeus
Ne quicquam uanis iactantem cornua uentis
Inde pedem ſoſpes multa cum laude reflexit
Errabunda regens tenui ueſtigia filo:
Ne labyrintheis e flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error:
Sed quid ego a primo digreſſus carmine plura
Commemorem? ut linquens genitoris filia uultum
Vt conſanguineæ complexum? ut denique matris
Quæ miſero gnatæ fleret deperdita læto:
Omnibus his theſei dulcem præferret amorem
Aut ut uecta ratis ſpumoſa ad littora diæ
Aut ut eam dulci deuictam lumina ſomno:
Liquerit immemori diſcedens pectore coniunx:
Sæpe illam perhibent ardenti corde furentem:
Clariſonas imo fudiſſe e pectore uoces
Actum præruptos triſte conſcendere montes:
Vnde aciem in pelagi uaſtos protenderet æſtus:
Tum tremuli ſalis aduerſas procurrere in undas
Mollia nudatæ tollentem tegmina ſuræ:
Atque hæc extremis mœſtam dixiſſe querelis
Frigidulos udo ſingultus ore cientem
Siccine me patriis abductam perfide ab oris
Perfide deſerto liquiſti in littore theſeu?
Siccine diſcedens neglecto numine diuum:
Immemor ah deuota domum periuria portas:
Nulla ne res potuit crudelis flectere mentis
Conſilium: tibi nulla fuit clementia præſto:
Immite ut noſtri uellet miſereſcere pectus:
At non hæc quondam blanda promiſſa dediſti
Voce mihi non hoc miſeram ſperare iubebas:
Sed conubia læta: ſed optatos hymenæos:
Quæ cuncta aerii diſcerpunt irrita uenti:
Tum iam nulla uiro iuranti fœmina credat:
Nulla uiri ſperet ſermones eſſe fideles:
Qui dum aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci
Nil metuunt iurare nihil promittere parcunt:
Sed ſimulac cupide mentis ſatiata libido eſt:
Dicta nihil metuere: nihil periuria curant:
Certe ego te in medio uerſantem turbine læti
Eripui & potius germanum amittere creui:

Quã tibi fallaci ſupremo in tempore deeſſem.
Pro quo dilaceranda feris dabor:alitibuſque:
Præda neque iniecta tumulabor mortua terra:
Quæ nam te genuit ſola ſub rupe leæna?
Quod mare conceptum ſpumantibus expuit undis?
Quæ ſyrtis que ſcylla uorax quæ uaſta charybdis:
Talia qui reddis pro dulci præmia uita?
Si tibi non cordi fuerant connubia noſtra:
Sæuaque abhorrebas priſci præcepta parentis:
Attamen in ueſtras potuiſti ducere ſedes:
Quæ tibi iucundo famularer ſerua labore:
Candida permulcens liquidis ueſtigia lymphis:
Purpurea ue tuum conſternens ueſte cubile:
Sed quid ego ignaris nequicquam conquerar auris?
Extenuata malo?quæ nullis ſenſibus auctæ:
Nec miſſas audire queunt:nec reddere uoces:
Ille autem prope iam mediis uerſatur in undis:
Nec quiſquam apparet uacua mortalis in alga:
Sic nimis inſultans extremo tempore:ſæua
Fors etiam noſtris inuidit queſtibus auras
Iuppiter omnipotens utinam nec tempore primo.
Gnoſia cecropiæ tetigiſſent littora puppes:
Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro:
Perfidus in cretam religaſſet nauita funem
Nec malus hic celans dulci crudelia forma:
Conſilium noſtris quæſiſſet ſedibus hoſpes:
Nam quo me referam?quali ſpe perdita nitor:
Idmeneos ne petam montes?a gurgite lato
Diſcernens pontum truculentum ubi diuidit æquor
An patris auxilium ſperem quem næ ipſa reliqui
Reſperſum iuuenem fraterna cæde ſecuta:
Coniugis an fido conſoler memet amore
Qui ue fugit lentos incuruans gurgite remos?
Præterea nullo littus.ſola inſula tecto:
Nec patet egreſſus pelagi cingentibus undis:
Nulla fugæ ratio:nulla ſpes:omnia muta:
Omnia ſunt deſerta oſtentant omnia lætum:
Non tamen ante mihi langueſcent lumina morte:
Nec prius a feſſo ſecedent corpore ſenſus
Quam iuſtam a diuis expoſcam prodita mulctam
Cæleſtumque fidem poſtrema comprecer hora
Quare facta uirum mulctantes uindice pœna:
Eumenides:quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantis præportat pectoris iras:
Huc huc aduentate meas audite querelas

Q uas ego nunc miſera: extremis proferre medullis:
C ogor inops ardens: amenti cæca furore:
Q uæ quoniam uere naſcuntur pectore ab imo:
V os nolite pati noſtrum uaneſcere luctum:
S ed qualis ſolam theſeus me mente reliquit
T ali mente deæ funeſtet ſeque ſuoſque:
H as poſtq̃ mæſto profudit pectore uoces
S upplicium ſæuis expoſcens anxia factis:
A nnuit inuito cæleſtum numine rector:
Q uo tunc & tellus: atque horrida contremuerunt:
A equora concuſſitque micantia ſydera mundus:
I pſe autem cæca mentis caligine theſeus
C onſcius oblito dimiſit pectore cuncta:
Q uæ mandata prius conſtanti mente tenebat
D ulcia nec mœſto ſuſtollens ſigna parenti
S oſpitem & ereptum ſe oſtendit uiſere portum:
N anque ferunt olim claſſi cum mœnia diuæ
L inquentem gnatum uentis cum crederet ægeus
T alia complexus iuueni mandata dediſſe:
G nate mihi longa iucundior unice uita:
G nate ego quem indubios cogor dimittere caſus:
R eddite in extrema nuper mihi fine ſenectæ
Q uando quidem fortuna mea: ac tua feruida uirtus:
E ripit inuito mihi te: cui languida nundum
L umina ſunt gnati cara ſaturata figura:
N on ego te gaudens lætanti pectore mittam:
N ec te ferre ſinam fortunæ ſigna ſecundæ
S ed primum multas expromam mente querelas
C anitiem terra: atque infuſo puluere fœdans
I nde in fecta uago ſuſpendam lintea malo:
N oſtros ut luctus: noſtræq; incendia mentis
C arbaſus obſcura dicet ferugine hibera:
Q uod tibi ſi ſancti conceſſerit incola hythemi:
Q uæ noſtrum genus ac ſedes defendere ſueta
A nnuit ut tauri reſpergas ſanguine dextram:
T um uero facito ut memori tibi condita corde:
H æc uigeant mandata: nec ulla obliteret ætas
V t ſimulac noſtros inuiſent lumina colles:
F uneſtam antennæ deponant undique ueſtem
C andidaque intorti ſuſtollant uela rudentes:
Q uam primum cernens ut læta gaudia mente
A gnoſcam cum te reducem ætas proſpere ſiſtet:
H æc mandata prius conſtanti mente tenentem
T heſea ceu pulſæ uentorum flamine nubes:
A erium niuei montis liquere cacumen:

at pater

A t pater ut ſumma proſpectum ex arce petebat:
A nxia in aſſiduos contollens lumina fletus:
C um primum inflati conſpexit lintea ueli
P ræcipitem ſeſe ſcopulorum e uertice iecit:
A miſſum credens immiti theſea fato:
S ic funeſta domus ingreſſus tecta paterna:
M orte ferox theſeus: qualem minoidi luctum:
O btulerat mente immemori talem ipſe recæpit:
Q uæ tamen aſpectans accedentem mœſta carinam:
M ultiplices animo uoluebat ſautia curas:
A t pater ex alia florens uolitabat hiacus:
C um tyaſo ſatyrorum: & niſygenis ſileneis:
T e quærens ariadna: tuoque incenſus amore
Q uantum alacres paſſim lymphata mente furebant
H eu hoe bacchantes. heu hoe capita inflectentes
H arum pars tecta quatiebant cuſpide tyrſos:
P ars e diuulſo iactabant menbra iuuenco:
P ars ſeſe tortis ſerpentibus incingebant:
P ars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis:
O rgia quæ fruſtra cupiunt audire prophani
P langebant alii proceris tympana palmis
A ut tereti tenuis tinnitus ære ciebant:
M ulti raucisonos eflabant cornua bombos
B arbaraque horribili ſtridebat tibia cantu:
T alibus amplificæ ueſtis decorata figuris
P uluinar conplexa ſuo uelabat amictu
Q uæ poſtquam cupide ſpectãdo theſſala pubes
E xpleta eſt ſanctis cæpit decedere diuis.
H ic qualis flatu placidum mare matutino:
H orrificans zephirus procliuas incitat undas
A urora exoriente uagi ſub limina ſolis
Q uæ tarde primum clementi flamine pulſæ
P rocedunt leuiterque ſonant plangore cachinni
P oſt uento creſcente magis magis increbreſcunt
P urpureaque procul nantes a luce refulgent:
S ic tum ueſtibuli linquentes regia tecta
A ſe quiſque uago paſſim pede diſcedebant.
Q uorum poſt habitum princeps e uertice pelei
A duenit chiron portans ſilueſtria dona:
N am quodcunqꝫ ferunt campi quos theſſala magnis
M ontibus ora creat: quos propter fluminis undas:
A ura parit flores tepidi feconda fauoni:
H os in diſtinctis plexos tulit ipſe corollis
Q uis permulſa domus iucundo riſit odore
C onfeſtim peneos adeſt uiridantia tempe:

Tempe quæ ſiluæ cingunt ſuper impedentes:
Minoſium linquens doris celebranda choreis:
Nonacriis: nanque ille tulit radicitus altas
Fagos: ac recto proceras ſtipite laurus
Non ſine nutanti platano: lentaque ſororum
Flammati phætontis & aerea cupreſſu:
Hec circum ſedes late contexta locauit:
Veſtibullum ut molli uelatum fronde uireret:
Poſt hunc conſequitur ſolerti corde prometheus:
Extenuata gerens ueteris ueſtigia pœnæ
Quam quondam ſilici reſtrictus membra catena
Perſoluit pendes e uerticibus præruptis:
Inde pater diuumſancta cum coniug natiſque
Aduenit cælo te ſolum phœbe relinquens
Vnigenamque ſimul cultricem montibus hydri
Pallada: nam tecum pariter ſoror aſpernata eſt:
Nec tethidis tedas uoluit celebrare iugalis:
Qui poſtquam niueis flexerunt ſedibus artus:
Large multiplici conſtructæ ſunt dape menſæ
Quom interea infirmo quatientes corpora motu:
Veridicos parce cœperunt edere cantus:
Is corpus tremulum cōplectens undique quæſtus e
Candida purpureis ramis intinxerat ora
At roſeo niueæ reſidebant uertice uittæ
Aeternumque manus carpebant rite laborem
Leua colum molli lana retinebat amictum
Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis
Formabat digitis tum prono in pollice torquens.
Libratum tereti uerſabat turbine fuſum:
Atque ita decerpens æquabat ſemper opus dens:
Laneaque aridulis herebant morſa labellis:
Quæ prius in leni fuerant extantia filo:
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera uirgati cuſtodibant calathiſci:
Hæc tum clariſona pellentes uellera uoce
Talia diuino fuderunt carmine fata
Crimine perfidie quod poſt nulla arguet ætas.
O decus eximium magnis uirtutibus augens
Emathiæ columen peleu clariſſime nato:
Accippe quod læta tibi pandunt luce ſorores:
Veridicum oraclum: ſed uos quæ fata ſequuntur:
Currite ducentes ſub tegmina currite ſuſi:
Adueniet tibi iam portans optata maritis
Heſperus: adueniet fauſto cū ſydere coniunx:
Quæ tibi flexo animo mentis perfundat amorem

languiduloſque

L anguidulosque paret tecum coniungere ſomnos:
L eua ſubſternens robuſto brachia collo
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
N ulla domus unquam tales contexit amores
N ullus amor tali coniunxit fœdere amantes.
Q ualis adeſt thetidi qualis concordia peleo
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
N aſcetur uobis expers terroris achilles:
H oſtibus haud tergo: ſed forti pectore notus.
Q ui perſæpe uago uictor certamine curſus
F lamea præuertet celeris ueſtigia ceruæ
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
N on illi quiſquam bello ſe conferet heros
C um phrygii teucro manabunt ſanguine riui
T roicaque obſidens longinquo mœnia bello:
P eriuri pelopis uaſtabit tertius hæres:
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
I llius egregias uirtutes: claraque facta:
S æpe fatebuntur gnatorum in funere matres:
C um in cinerem canos ſoluent a uertice crines:
P utridaque infirmis uariabunt pectora palmis:
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
N anque uelut denſas proſternens meſſor ariſtas
S ole ſub ardenti flauentia demetit arua
T roiugenum infeſto proſternet corpora ferro
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
T eſtis erit magnis uirtutibus unda ſcamandri:
Q uæ paſſim rapido diffunditur helleſponto:
C uius iter cæſis anguſtans corporum aceruis
A lta tepefaciet permiſta flumina cæde:
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
D enique teſtis erit morti quoque reddita præda
C um teres excelſo coaceruatum aggere buſtum:
E xcipiet niueos perculſe uirginis artus:
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
N am ſimulac feſſis dederit fors copiam achiuis
V rbis dardaniæ neptunia ſoluere uincla
A lta polxenia madefient cæde ſepulchra
Q uæ uelut ancipiti ſuccumbens uictima ferro:
P roiciet truncum ſubmiſſo poplite corpus
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
Q uare agite optatos animi coniungite amores:
A ccipiat coniunx fælici fœdere diuam.
D edatur cupido iam dudum nupta marto.
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:

N on illam nutrix orienti luce reuiſens
H eſterno collum poterit circundare ſilo:
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
A nxia nec mater diſcordis mœſta puellæ
S ecubitu caros mittet ſperare nepotes:
C urrite ducentes ſub tegmina currite fuſi:
T alia præfantes quondam fœlicia pelei
C armina diuino cecinerunt pectore parcæ
P ræſentes nanque ante domos inuiſere caſtas
S æpius:& ſeſe mortali oſtendere cætu
C ælicolæ nondum ſpreta pietate ſolebant:
L anguidior tenera cui pendens ſiccula abeta
S æpe pater diuum templo infulgente reuiſens:
A nnua dum feſtis ueniſſent ſacra diebus.
C onſpexit terra centum procurrere currus
S æpe uagus liber parnaſi uertice ſummo
T hyadas effuſis euantes crinibus ægit
Q uom delphi tota certatim ex urbe ruentes
A cciperent læti diuum fumantibus aris:
S æpe in lætifero belli certamine mauors:
A ut rapidi tritonis hera:aut rannuſia uirgo:
A rmatas hominum eſt præſens hortata cateruas
S ed poſtquam tellus ſcelere eſt inbuta nefando
I uſticiamque omnes cupida de mente fugarunt:
P erfudere manus fraterno ſanguine fratres:
D eſtitit extinctos natus lugere parentes
O ptauit genitor primæui funera nati.
L iber ut innuptæ potiretur flore nouercæ:
I gnaro mater ſuſternens ſe impia nato:
I mpia non uerita eſt:diuos ſcelerare penates:
O mnia fanda:nefanda malo permixta furore:
I uſtificam nobis mentem auertere deorum:
Q uare nec tales dignantur uiſere cætus:
N ec ſe contingi patiuntur lumine claro.

AD ORTALVM.

ET ſi me aſſiduo confectum cura dolore
Seuocat a doctis ortale uirginibus:
Nec potis eſt dulces muſarum expromere fœtus.
Mens hominum tantis fluctuat ipſa malis:
Nanque mei nuper lethei gurgite fratris.
Pallidulum manans alluit unda pedem:
Troia rheteo quem ſubter littore tellus:
Ereptum noſtris obterit ex oculis:
Alloquar:audiero nunquam tua uerba loquentem
Nunquam ego te uita frater amabilior:

Aſpiciam poſtac:at certe ſemper amabo
 Semper mœſta tua carmina morte legam:
Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris:
 Daulias aſſumpti fata gemens itylei
Sed tamen in tantis mœribus ortale mitto
 Hæc expreſſa tibi carmina batiadæ:
Ne tua dicta uagis nequicquam credita uentis
 Effluxiſſe meo forte putes animo:
Vt miſſum ſponſi furtiuo munere malum
 Procurrit caſto uirginis e gremio.
Quod miſeræ oblitæ moli ſub ueſte locatum
 Dum aduentu matris proſilit excutitur:
Atque illud prono præceps agitur de curſu
 Huic manat triſti conſcius ore rubor:
Omnia qui magni diſpexit lumina mundi:
 Qui ſtellarum ortus comperit atque obitus:
Flammeus ut rapidi ſolis nitor obſcuretur:
 Vt cedant certis ſydera temporibus
Vt triuiam furtim ſublatmia ſaxa relegans
 Dulcis amor giro deuocet aerio:
Idem me ille conon cæleſti munere uidi
 Eberoniceo uertice cæſariem
Fulgentem clare quam multis illa dearum
 Leuia protendens brachia policita eſt:
Quare ex tempeſtate nouo auctus hymenæo
 Vaſtatum fines iuuerat aſſyrios
Dulcia nocturnæ portans ueſtigia rixæ
 Quam de uirgineis geſſerat exuuiis
Eſt ne nouis nuptis odio uenus atque parentum
 Fruſtrantur falſis gaudia lachrymulis
Vbertim thalami quas intra limina fundunt
 Non ita me diui uera gemunt iuuerint
Id mea me mulitis docuit regina quærelis
 Inuiſente nouo prælia torua uiro
Et tu non orbum luſti deſerta cubile
 Sed fratris cari flebile deſidium:
Quom penitus mœſtas exedit cura medullas
 Vt tibi tunc toto pectore ſolicite
Senſibus ereptis mens excidit:atque ego certe
 Cognoram a parua uirgine magnanimam
An ne bonum ablita es facinus ꝙ regium adepta es
 Coniugium quod non fortior auxit auis
Sed tum mœſta uirum mittens:quæ uerba locuta es
 Iuppiter ut triſti lumina ſæpe madent
Quis te mutauit tantus deus:an quod amantes:

Non longe a caro corpore abeſſe uolunt:
Atque ibi pro cunctis:pro dulci coniuge diuis
Non ſine taurino ſanguine policita es:
Si reditum tetuliſſet is aut in tempore longo
Captam aſiam egypti finibus adiderat
Quis ego pro factis cæleſti redita cætu
Priſtina uota nouo munere diſſoluo
Inuita o regina tuo de uertice ceſſi
Inuita adiuro teque tuumque caput:
Digna ferat quod ſi quis inaniter adiuraret:
Sed qui ſe ferro poſtulet eſſe parem:
Ille quoque euerſus mons eſt quem maxima in oris
Progenies phtyæ clara ſuperuehitur:
Cum mœdi prorupere nouum:mare cumque iuuentus
Per medium claſſi barbara nauit athon:
Quid facient crines?cum ferro talia cedant
Iuppiter ut telorum omne genus pereat
Et qui principio ſub terra quærere uenas:
Inſtitit:ac ferri frangere duritiem:
Abiunctæ paulo ante comæ mea fata ſorores
Lugebant cum ſe memnonis::æthiopis:
Vnigena impellens nutantibus aera pennis:
Obtulit arſinoes cloridos ales equis:
Iſque per æthereas me tollens aduolat auras
Et ueneris caſto collocat in gremio:
Ipſa ſuum zephyritis eo famulumque legarat
Grata canopeis incola littoribus:
Scilicet ut uario ne ſolum in limite cœli
Ex ariadneis aurea temporibus:
Fixi corona foret:ſed nos quoque fulgeremus:
Deuotæ flaui uerticis exuuiæ
Vuidulum a fiuctu cedentem ad templa dione
Sidus in antiquis diua nouum poſuit:
Virginis & ſeui contingens nanque leonis
Lnmina caliſto iuncta licaonia:
Vertor in occaſum:tardum dux ante bootem
Qui uix ſero alto mergitur occeano:
Sed quanquam me nocte præmunt ueſtigia diuum
Luce autem canæ reſtituor thetidi
Pace tua fari hic liceat ramnuſia uirgo
Nanque ego non ullo uera timore tegam:
Nec ſi me infeſtis diſcerpent ſydera dictis
Condita quin uere pectoris euoluam
Non his tam lætor rebus quam me affore ſemper
Abfore me a dominæ uertice diſcrutior:

Qui cu ego dum uirgo quondam fuit omnibus expers
Vnguentis una milia multa bibi:
Nunc uos optato quas iunxit lumine teda
Non poſt unanimis uincula coniugibus:
Tradite nudantes reiecta ueſte papillas
Quam iucunda mihi munera libet onyx
Veſter onyx caſto petitis quæ iura cubili
Sed quæ ſe in puro dedat adulterio:
Illius aura leuis bibat & dona irrita puluis
Nanque ego ab indignis præmia nulla peto:
Sed magis o nuptæ ſemper concordia ueſtras
Semper amor ſedes incolat aſſiduus:
Tu uero regina tuens cum ſydera diuam
Placabis feſtis luminibus uenerem:
Sanguinis expertem tuis non eſſe tui me
Sed potius largis effice muneribus
Sydera cur iterent utinam coma regia fiam
Proximus hydrochoi fulgeret oarion:

AD IANVAM

O dulci iucunda uiro iucunda parenti
Salue:teque bona iuppiter auctet ope
Ianua quam balbo dicunt ſeruiſſe benigne
Olim cum ſedes ipſe ſenex tenuit:
Quamque ferunt rurſus uoto ſeruiſſe maligno
Poſtquam eſt proiecto facta marita ſene
Dic age dum nobis quare mutata feraris:
In dominum ueterem deſeruiſſe fidem
Non ita cecilio placeam cui credita nunc ſum:
Culpa mea eſt:quanquam dicitur eſſe mea:
Nec peccatum a me quiſquam pote dicere quicquam
Verum iſtec potius ianitor ipſe facit
Quin quacunque aliquid reperitur non bene factum
Ad me omnes clamant ianua culpa tua eſt:
Non iſtuc ſatis eſt uno te dicere uerbo:
Sed facere ut quiuis ſentiat & uideat:
Quid poſſum nemo quærit:nec ſcire laborat
Nos uolumus uobis dicere ne dubita:
Primum igitur uirgo quod fertur tradita nobis
Falſum eſt:non illam uir prior attigerat?
Languidior tenera cui pendens ſicula betha
Nunnquam ſe mediam ſuſtulit ad tunicam:
Sed pater illius nati uiolaſſe cubile
Dicitur:& miſeram conſceleraſſe domum
Siue quod impia mens ceco flagrabat amore
Seu quod iners ſterili ſemine natus erat

Quærendumque nec unde foret neruoſius illud
Quod poſſet zonam ſoluere uirgineam:
Egregium narrans mira pietate parentem
Qui ipſe ſui gnati minxerit in gremium:
Atqui non ſolum hoc ſe dicit cognitum habere:
Brixia ciconia ſuppoſito ſpecula
Flauus q̃ molli percurrit flumine mella
Brixia ueronæ mater amata meæ:
Sed de poſtumio & corneli narrat amore:
Cum quibus illa malum fecit adulterium
Dixerit hic aliquis: quid tu iſtæc ianua noſti
Cui nunquam domini limine abeſſe licet.
Nec populum auſcultare: ſed hic ſuffixa tigillo
Tantum operire ſoles. aut aperire domum:
Sæpe illam audiui furtiua uoce loquentem
Solam cum ciliis hæc ſua flgitia:
Nomine dicentem: quos diximus: utpote quæ mi
Speraret nec linguam eſſe nec auriculam:
Præterea ardebat quendam: quem dicere nolo
Nomine ne tollat rubra ſupercilia:
Longus homo eſt magnas qui lites intulit olim
Falſum mendaci uentre puerperium

AD MALLIVM.

QVod mihi fortuna caſuque oppreſſus acerbo
Conſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium:
Naufragum ut eiectum ſpumantibus æquoris undis
Subleuem & a mortis limine reſtituam:
Quem neque ſancta uenus molli requieſcere ſomno
Deſertum in lecto cælibe perpetitur:
Nec ueterum dulci ſcriptorum carmine muſæ
Oblectant: cum mens anxia peruigilat:
Id gratum eſt mihi: me quoniam tibi ducis amicum
Muneraque & muſarum hinc petis & ueneris:
Sed tibi ne mea ſint ignota incommoda malli:
Neu me odiſſe putes hoſpitis officium:
Accipe quis meſer fortunæ fluctibus ipſe
Ne amplius a miſero dona beata petas:
Tempore quo primum ueſtis mihi tradita pura eſt:
Iucundum cum ætas florida uer ageret
Multa ſatis luſi: non eſt dea neſcia noſtri:
Quæ dulcem curis miſcet amariciem:
Sed totum hoc ſtudium luctu fraterna mihi mors
Abſtulit: o miſero frater adempte mihi
Tu mea tu moriens fregiſti commoda frater
Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus:

omnia tecum

Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra
Quæ tuus in uita dulcis alebat amor:
Cuius ego interitu tota de mente fugaui
Hæc ſtudia atque omnes delitias animi:
Quare quod ſcribis ueronæ turpe catullo
Eſſe quod hic quiſquis de meliore nota:
Frigida deſerto tepefecit membra cubili
Id malli non eſt turpe magis miſerum eſt:
Ignoſces igitur ſi quæ mihi luctus ademit
Hæc tibi non tribuo munera cum nequeo
Nam quod ſcriptorum non magna eſt copia apud me
Hoc fit quod romæ uiuimus illa domus:
Illa mihi ſedes:illic mea carpitur ætas:
Huc una ex multis capſula me ſequitur:
Quod cum ita ſit nolim ſtatuas nos mente maligna
Id facere aut animo non ſatis ingenuo:
Quod tibi non utriuſque petenti copia facta eſt
Vltro ego differrem copia ſi qua foret:
Non poſſum reticere deæ qua mallius in re
Iuuerit:aut quantis iuuerit officiis:
Ne fugiens ſeclis obliuiſcentibus ætas
Illius hoc ceca nocte tegat ſtudium:
Sed dicam uobis:uos porro dicite multis
Milibus & facite hæc charta loquatur anus
Omnibus inque locis celebretur fama ſepulti
Noteſcatque magis mortuus atque magis.
Nec tenuem texens ſublimis aranea telam
Deſerto in mallii nomine opus faciat
Nam mihi quam dederit duplex amatuntia curam
Scitis:& in quo me corruerit genere:
Cum tantum arderem quantum trinacria rupes:
Lymphaque in oeteis maulia thermopylis:
Mœstaque aſſiduo tabeſcere lumina fletu
Ceſſarent triſtique hymbre madere genæ
Qualis in aerei perlucens uertice montis
Riuus muſcuſo proſilit elapide:
Qui cum de prona præceps eſt ualle uolutus
Per medium denſi tranſit iter populi:
Dulce uiatori laſſo in ſudore leuamen
Cum grauis exuſtos æſtus hiulcat agros:
Ac uelut in nigro iactatis turbine nautis
Lenius aſpirans aura ſecunda uenit:
Iam præce polucis iam caſtoris implorata
Tale fuit nobis mallius auxilium:
Is clauſum lato patefecit limite campum

Iſque domum nobis: iſque dedit dominam:
Ad quam communes exerceremus amores
Quo mea ſe molli candida diua pede:
Intulit & trito fulgentem in limine plantam
Innixa arguta conſtituit ſolea:
Coniugis ut quondam flagrans aduenit amore
Proteſilaeam laodomia domum:
Accepta & fruſtra nundum cum ſaguine ſacro
Hoſtia cæleſtes pacificaſſet heros:
Nil mihi tam ualde placeat ramnuſia uirgo
Quod temere inuitis ſuſcipiatur heris:
Quam ieuna pium deſideret ara cruorem
Docta eſt amiſſo laodomia uiro:
Coniugis ante coacta nouum dimittere collum
Quam ueniens una atque altera rurſus hyems
Noctibus in longis auidum ſaturaſſet amorem
Poſſet ut abrupto uiuere coniugio:
Quod ſcibant parce non longo tempore abeſſe
Si miles muros iſſet ad iliacos:
Nam tum helenæ raptu primores achiuorum
Cœperat ad ſeſe troia ciere uiros:
Troia nephas commune ſepulchrum europæ aſiæque
Troia uirum & uirtutum omniũ acerba cinis:
Quæ ue ẽt id noſtro lœtum miſerabile fratri
Attulit hei miſero frater adempte mihi:
Hei miſero fratri iocundum limen ademptum
Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus
Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra
Quæ tuus in uita dulcis alebat amor:
Quem nunc tam longe non inter nota ſeplchra
Nec prope cognatos compoſitum cineres:
Sed troia obſcena troia infelice ſepultum
Detinet a noſtro terra aliena ſolo:
Ad quam tum properans fertur ſimul undiq; pubes
Græca penetralis deſeruiſſe deos
Ne paris abducta gauiſus libera mœcha
Ocia pacato degeret in thalamo:
Qued tibi tum caſu pulcherrimu laodomia
Ereptum eſt uita dulcius atque anima:
Coniugium tanto te abſorbeſens uertice amoris
Aeſtus in abruptum detulerat baratrum:
Quale ferunt grai peneum prope cylleneum
Siccari emulſa pingue palude ſolum:
Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis
Auſus falſiparens amphitrioniades:

tempore quo

Tempore quo certa ſtymphalia monſtra ſagitta
Pertulit imperio deterioris heri
Pluribus ut cœli tereretur ianua diuis
Hebe nec longa uirginitate foret
Sed tuus altus amor baratro fuit altior illo
Qui diuum dominum ferre iugum docuit:
Nam neque tam carum confecto ætate parenti
Vna caput ſeri nata nepotis alit
Qui cum diuitiis uix tandem inuentus auitis
Nomen teſtatas intulit in tabulas:
Impia deriſi gentilis gaudia tollens
Suſcitat & cano uulturium capiti:
Nec tantum niueo gauiſa eſt ulla columbo
Compar ſeu quid dicitur improbius:
Oſcula mordenti ſemper decerpere roſtro
Quantum præcipue multiuola eſt mulier:
Sed tu horum magnos uiciſti ſola furores
Vt ſemel es flauo conciliata uiro:
Aut nihil aut paulo cui tu concedere digna:
Lux mea ſe noſtrum contulit in gremium:
Quam circumcurſans huc illuc ſæpe cupido
Fulgebat crocina candidus in tunica
Quæ tamen & ſi uno non eſt contenta catullo
Rara uerecundæ furta feremus heræ:
Ne nimium ſimus ſtultorum more moleſti
Sæpe etiam iuno maxima cælicolum:
Coniugis in culpa flagrabat quottidiana
Noſcens omniuoli plurima furcta iouis.
Atqui nec diuis homines componier æquum eſt
Ingratum tremuli tolle parentis onus:
Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna
Fragrantem aſſyrio uenit odore domum:
Sed furtiua dedit nigra munuſcula nocte
Ipſius ex ipſo dempta uiri gremio:
Quare illud ſatis eſt ſi nobis id datur unis
Quod lapide illa dies candidiore notat
Hoc tibi quod potui confectum carmine munus
Pro multis aliis reditur officiis
Ne noſtrum ſcabra tangat rubigine nomen
Hæc atque illa dies atque alia:atque alia:
Huc addent diui quamplurima quæ themis olim
Antiquis ſolita eſt munera ferre piis
Sitis fœlices & tu ſimul:& tua uita:
Et domus ipſa in qua luſimus &:domina
Et qui præcipue nobis terram dedit a quo

Sunt primo nobis omnia nata bona
Et longe ante omnes mihi quæ me carior ipſa eſt.
Lux mea qua uiua uiuere dulce mihi eſt.

IN RVFFVM

NOli admirari quare tibi fœmina nulla
Ruffe uelit tenerum ſuppoſuiſſe femur
Non illam raræ labefactas munere ueſtis
Aut perluciduli deliciis lapidis:
Lædit te quedam mala fabula qua tibi fertur
Valle ſub allarum trux habitare caper
Nunc metuunt omnes: neq; mirum: nam mala ualde eſt
Bſtia: nec qui cum bella puella cubet
Quare aut crudelem naſorum interfice peſtem
Aut admirari deſine cur fugiunt:

DE MVLIERE SVA

NVlli ſe dicit mulier mea nubere malle
Quam mihi: non ſi ſe iuppiter ipſe petat
Dicit: ſed mulier cupido quod dicit amanti
In uento & rapida ſcribere oportet aqua:

AD .V.

SI cui uirobon ſacer alarum obſtitit hircus
Aut ſi aliquem merito tarda podagra ſecet
Aemulus iſte tuus qui noſtrum exercet amorem
Mirifice eſt a te nactus utrunque malum:
Nam quotiens futuit totiens ulciſcitur ambos
Illam affligit odore ipſe perit podagra

AD LESBIAM

DIcebas quondam ſolum te noſce catullum
Leſbia: nec præ me uelle tenere iouem
Dilexi tum te non tantum ut uulgus amicam
Sed pater ut gnatos diligit & generos
Nunc te cognoui: quare & ſi impenſius uror:
Multo ita tu nec me uilior & melior
Quis potis dſt inquis quod amantem iniuria talis
Cogit amare magis ſed bene uelle minus
Deſine de quoqua quicquam bene uelle mereri
Aut aliquem fieri poſſe putare pium
Omnia ſunt ingrata mihil feciſſe benigne
Imo etiam tedet ſtatque magiſque magis:
Vt mihi quem nemo grauius nec acerbius urget
Quam modo qui me unũ atque unicũ amicũ habet.
Lælius audierat patruum non iurgia flere
Si quis delitias diceret aut faceret
Hoc ne ipſi a ccideret patrui perdeſpuit ipſam
Vxorem & patruum reddidit harpocratem:

quod

Quod uoluit fecit: nam quamuis irrumet ipſum
Nunc patruum uerbum non faciet patruus
Huc eſt mens deducta tua mea leſbia culpa
Atque ita ſe officio perdidit ipſa ſuo
Vt iam nec bene uelleque iam tibi ſi optima fias
Nec deſiſtere amare omnia ſi facias:
Si qua recordanti benefacta priora uoluptas
Eſt homini cum ſe cogitat eſſe pium
Nec ſanctam uiolaſſe fidem nec fœdere nullo
Diuum ad fallendos numine abuſum homines:
Multa parata manenti in longa ætate catulle
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi
Nam quecūque homines bene cuiquā aut dicere poſſūt
Aut facere: hæc a te dictaque factaque ſunt
Omniaque ingratæ perierunt credite menti
Quare iam te cur amplius excrucies:
Quin tu animo affirmas: atque inſtinctoque reducis
Et diis inuitis deſinis eſſe miſer
Difficile eſt longum ſubito deponere amorem
Difficile eſt uerum hoc quod lubet efficies
Vna ſalus hæc eſt: hoc eſt tibi peruincendnm
Hoc facies ſiue id non pote: ſiue pote:
O dii ſi ueſtrum eſt miſereri: aut ſi quibus unquam
Extrema iam ipſam morte tuliſtis opem
Me miſerum aſpicite: & ſi uitam puriter egi
Eripite hanc peſtem perniciemque mihi:
Quæ mihi ſubrepens imos ut torpor in artus
Expulit ex omni pectore letitias
Non iam illud quæro contra ut me diligat illa
Aut quod non potis eſt eſſe pudica uelit
Ipſe ualere opto & tetrum hunc deponere uerbum
O dii reddite hoc mi pro pietate mea

AD RVFFVM

Ruffe mihi fruſtra: ac ne quicquam credite amice
Fruſtra imo magno cum præcio atque malo
Siccine ſurrepſti mi atque inteſtina perurens
Sic miſero eripuiſti omnia noſtra bona
Eripuiſti heu: heu noſtræ crudele uenenum
Vitæ heu heu noſtræ pectus amiciciæ

DE GALLO

Gallus habet fratres quorū ē lepidiſſima coniunx
Alterius lepidus filius alterius:
Gallus homo eſt bellus: nam dulces iungit amores
Cum puero ut bello bella puella cubet:
Gallus homo eſt ſtultus: nec ſe uidet eſſe maritum

Qui patruus patrui monſtret adulterium:
Sed nunc id doleo quod puræ pura puellæ
Sauia cõiunxit ſpurca ſaliua tua:
Verum id non impune feres:nam te omnia ſæcla
Noſcent & quis ſis fama loquetur anus

DE LESBIO.

LEſbius eſt pulcher:quid ni quem leſbia malit
Quem te cum tota gente catulle tua
Sed tamen hic pulcher uendat cum gente catullum
Si tria amatorum ſauia reppererit.

AD GELLeVM.

QVid dicam gelli quare roſea iſta labella
Hyberna fiant candidiora niue:
Mane domum cum exis & cum te octaua quiete
E molli longo ſuſcitat hora die:
Neſcio quid certe eſt:an uere fama ſuſurrat
Grandia te medii tenta uorare uiri:
Sic certe eſt clamant uictoris rupta miſelli
Illo demulſo labra notata ſero.

AD NIVENTIVM.

NEmo ne in tanto potuit populo eſſe niuenti
Bellus homo:quem tu diligere inciperes?
Præterquam iſte tuus moribunda a ſede piſauri
hoſpes inaurata pallidior ſtatua:
Qui tibi nunc cordi ē?quem tu præponere nobis
Audes & neſcis quod facinus facias

AD QVINTIVM.

QVinti ſit tibi uis oculos debere catullum
Aut aliud ſi quid carius eſt oculis:
Eripere ei noli multo quod carius illi
Eſt oculis:ſeu quod carius eſt oculis.

AD MVLVM.

LESbia mi præſente uiro mala plurima dicit
Hoc illi fatuo maxima lætitia eſt:
Mule nihil ſentis:ſi noſtri oblita taceret
Sana eſſet quod nunc garrit & oblequitur
Nono ſolum meminit:ſed que multo acrior eſt res:
Irata eſt hoc eſt uritur:& ioquitur:

DE ARIO.

Chommoda dicebat:ſi quando commoda uellet

dicere

Dicere & hinſidias arius inſidias
Credo ſic mater ſic liber auunculus eius
Sic maternus auus dixerat:atque auia
Hoc miſſo in ſyria requierant omnibus aures
Audibant eadem hæc leniter & leuiter
Nec ſibi poſtilla metuebant talia uerba:
Cum ſubito affertur nuncius horribilis
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum
Cum quantum poterat dixerat inſidias:
Ionios fluctus poſtquam illuc arius iſſet
Iam non ionios eſſe ſed hionios

DE QVINTIA

ODi & amo quare id faciam fortaſſe requiris
Neſcio:ſed fieri ſentio & excrutior
Quintia formoſa eſt multis mihi candida longa
Recta eſt:hæc ego ſingula confiteor:
Totum illud:formoſa nego:nam nulla uenuſtas
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis

DE LESBIA

LEſbia formoſa eſt: quæ cum pulcherrima tota eſt
Tum omnibus una omnes ſurripuit ueneres:
Nulla poteſt mulier tantum ſe dicere amatam
Vere quantum a me leſbia amata mea leſbia eſt
Nulla fides ullo fuit unquam fœdere tanta
Quanta in amore tuo ex parte reperta mea eſt

AD GELLIVM

QVid facit is gelli qui cum matre atque ſorore
Prurit & abiectis peruigilat tunicis
Quid facit is patruum:quid non ſinit eſſe maritum
Ecquid ſcis quantum ſuſcipiat ſceleris
Suſcipit o gelli quantum non ultima thethys
Nec genitor nympharum abluit oceanus
Nam nihil eſt quicquam ſceleris quo prodeat ultra
Non ſi demiſſo ſe ipſe uoret capite.

AD GELLIVM

GEllius eſt tenuis quid ni cui tam bona mater:
Tamque ualens uiuat tamque uenuſta ſoror:
Tamque bonus patruus tamque omnia plena puellis
Cognatis quare is deſinat eſſe macer:
Qui ut nihil attingat niſi quod fas tangere non eſt
Quantum uis quare ſit macer inuenies
Naſcatur magus ex gelli matriſque nephando
Coniugio & diſcat periſcum aruſpicium
Nam magis ex matre & gnato gignatur oportet
Si uera eſt perſarum impia religio

Gnatus ut accepto ueneretur carmine diuos
Omentum in flamma pingue liquefaciens
Non ideo gelli ſperabam te mihi fidum:
In miſero hoc noſtro perdito amore fore
Quod te cognoſſem bene conſtanter ue putarem
Haud poſſe a turpi mentem inhibere probro
Sed neqne quod matrem nec germanã eſſe uidebam:
Hanc tibi cuius me magnus edebat amor:
Et quanuis tecum multo coniungerer uſu;
Non ſatis id cauſæ credideram eſſe tibi.
Tu ſatis induſti tantum tibi gaudium in omni
Culpa eſt in quacunque eſt aliquid ſceleris.

DE LESBIA

LEſbia mi dicit ſemper male: nec tacet unq̃
De me diſpeream me niſi leſbia amat
Cui ego quaſi eadem totidem mox deprecor illi
Aſſidue: uerum diſpeream niſi amo.

IN CAESAREM.

NIl nimium ſtudeo tibi cæſar uelle placere
Ne ſi orem utrũ ſis ſaluus an alter homo
Mentula nœchatur: mœchatur mens tua certe
Hoc eſt quod dicunt ipſa olera olla legit

DE SMYRNA CINNE

SMyrna mei cinnæ nonam poſt denique meſſem
Quam cœpta eſt nonãque edita poſt hyemem
Nilia cum interea quingenta ortenſius uno
SMyrna cauas ſatrachi penitus mittetur ad undas
Smyrnam incana diu ſæcula peruoluent
At uoluſi annales pataui morientur ad urbem
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas
Parua mei mei mihi ſint cordi monumenta laboris
At populus timido gaudeat anthimacho.

AD CALVVM.

SI qnicq̃ mutis gratum acceptum ue ſepulchris
Accidere a noſtro calue dolore poteſt
Quo deſyderio ueteres renouamus amores
Atque olim miſſas flemus amicicias
Certe non tanto mors ĩmatura dolori eſt
Quintiliæ: quantum gaudet amore tuo.

DE AEMILIO.

NOn ita me dii ament quicquam referre putaui
Vtrum os an culum clfacerem æmylio.
Mundius hoc nihil eſt: nihilcque immũdius illo
Verum etiam culus mundior & melior:
Nam ſine dentis eſt hic: dentis ſeſqui pedalis

Gingiuas uero ploxeno habet ueteris:
Præterea rictum qualem deffeſſus in æſtum
Meientis mulæ cunnus habere ſolet.
Hic futuit multas & ſe facit eſſe uenuſtum
Et non priſtino traditur atque aſino:
Quem ſi qua attingit: non illam poſſe putemus
Egroticulum lingere carnificis:

AD VICTIVM

IN te ſi quicquam dici pote putide uicti
Id quod uerboſis dicitur & fatuis
Iſta cum lingua ſi uſus ueniat tibi poſſis
Culos & crepidas lingere carpatinas
Si nos omnino uis omnes perdere uicti
Diſcas omnino quod cupis efficies.

AD IVVENTIVM

SVrripui tibi dum ludis mellite iuuenti
Sauiolum dulci dulcius ambroſia:
Verum id non impune tuli: nanque amplius horam
Suffixum in ſumma me memini eſſe cruce
Dum tibi me purgo nec poſſum fletibus ullis
Tantillum ueſtræ demere ſæuitiæ
Nam ſimul id factum eſt multis diluta labella
Abſterſi guttis omnibus articulis:
Ne quicquam noſtro contractum ex ore maneret
Tanquam comiſtæ ſpurca ſaliua lupæ:
Præterea infeſto miſerum me tradere amori
Non ceſſaſti omnique excruciare modo:
Vt mi ex ambroſia mutatum iam foret illud
Sauiolum triſti triſtius heleboro
Quam quoniam pœnam miſero proponis amori
Nunquam iam poſthac baſia ſurripiam

IN COELIVM ET QVINTIVM

CElius aufilenum & quintius aufilenam
Flos ueronenſium depereat iuuenum
Hic fratrem: ille ſororem: hoc eſt quod dicitur illud
Fraternum uere dulce ſodalicium
Cui faueam potius cæli tibi: nam tua nobis
Perſpectſa exigitur unica amicicia
Cum ueſana meas torreret flamma medullas
Sis fœlix cœli ſis in amore potens

FLETVS DE AMORE FRATRIS

MVltas per gentes: & multa per æquora uectus
Aduenio has miſeras frater ad inferias:
Vt te poſtremo donarem munere mortis
Et mutum nequicquam aloquerer cinerem:

Quandoquidem fortuna mihi tete abſtulit ipſum
Heu miſer indigne frater adempte mihi.
Hæc tamen interea priſco quæ more parentum
Tradita ſunt triſtes munera ad inferias
Accipe fraterno multum manantia fletu
Atque in perpetuum frater aue atque uale.

AD CORNELIVM.

SI quicquam tacito commiſſum eſt fido ab amico
Cuius ſit penitus nota fides animi:
Meque eſſe inuenies illorum iure ſacratum
Corneli & factum me eſſe puta harpocratem.

AD QVENDAM.

AVt ſodes redde mihi decem ſextertia: ſylo
Deinde: eſto quanuis ſæuus & indomitus:
Aut ſi te mimi delectant: deſine quæſo
Leno eſſe: atque idem ſæuus & indomitus.

AD Q ENNDAM.

CRedis me potuiſſe meæ maledicere uitæ:
Ambobus mihi quæ carior eſt oculis:
Nec potui nec ſi poſſem: tam perdite amarem
Sed tu cum caupone omnia monſtra facis.

DE EIVS MENTVLA.

MEntula conatur pipileũ ſcandere montem
Muſæ furcilis præcipitem eiciunt.

DE OBELLO PVERO.

CVm puero obello præconem qui uidet eſſe
Quid credat niſi ſe uendere diſcupere.

AD LESBIAM.

SI quicq̃ cupido optantiq; & obtigit unquam
Inſperanti: hoc eſt gratum animo propriæ
Quare hoc eſt gratum: nobis quoque carius auro
Quod te reſtituis leſbia mi cupido:
Reſtituis cupido atque inſperanti ipſa refers te
O mihi luce magis cadidiore nota
Quis me uno uiuit felicior? aut magis eſt me
Optandus uita dicere quis pnterit?

IN SICCONIVM.

SIcconi arbitrio populi tua cana ſenectus
Spurcata impuris moribus intereat:
Non equidem dubito quin primum inimica bonorum
Lingua exerta auido ſit data uulturio:
Effoſſos oculos uoret atro gutture coruus
Inteſtina canes: cætera membra lupi.

AD LESBIAM.

IVcundum mea uita mihi proponis amorem

Hunc noſtrum inter nos perpetuumque fore
Dii magni facite ut uere promittere poſſit
Atque id ſincere dicat:& ex animo:
Vt liceat nobis tota perducere uita
Alternum hoc ſanctæ fœdus amiciciæ

AD AVFILENAM

Aufilena bone ſemper laudantur amicæ
Accipiunt præcium quæ facere inſtituunt
Tu quod promiſti mihi quod mentita inimica es:
Quod nec das nec fers ſæpe facis facinus
Aut facere ingenue eſt:aut non promiſſa pudicæ
Aufilena fuit ſed data corripere:
Fraudando efficitur pluſquam meretricis auaræ eſt
Quæ ſeſe tota corpore proſtituit.

AD AVFILENAM

Afilena uiro contenta eſt uiuere ſolo
Nuptarum laus eſt laudibus eximiis
Sed cuiuis quamuis potius ſubcunbere fas eſt
Quam matrem fratres efficere ex patruo.
Multus homo eſt naſo neque tecum multus homo:ſed
Deſcendit naſo multus es & pathicus:

DE CINNA

Conſule pompeio primum duo cinna ſedebant
Mœchilia at facto conſule nunc iterum.
Manſerunt duo:ſed creuerunt milia in unum:
Singula fœcundum ſemen:adulterio.

DE SALIO FIRMANO

Firmanus ſalius non falſo mentula diues
Fertur:qui tot res in ſe habet egregias
Aucupium omne genus piſcis prata arua ferasque
Nec quicquam fructus ſumptibus exuperat
Quare concedo ſit dites dum omnia deſint
Saltem laudemus dummodo ipſe egeat:
Mentula habet inſtar triginta iugera prati
Quadraginta arui cætera ſunt maria:
Cur non diuiciis crœſum ſuperare potis ſit
Vno qui in ſaltu tot modo poſſideat.
Prata arua ingentes ſiluas ſaltuſque paludes
Vſque ad hyperboreos:& mare ad oceanum
Omnia magna hæc ſunt:tamen ipſe eſt maximus ultor
Non homo:ſed uero mentula magna minax.

AD GELIVM

Sæpe tibi ſtudioſo animo uenante requiris
Carmina uti poſſem mittere batiade
Quæ te lenirent nobis neu tu conarere

Infeſtum telis icere mi uſque caput
Hunc uideo mihi nunc fruſtra ſumptũ eſſe laborem
Gelli:nec noſtras hinc ualuiſſe preces:
Contra nos tela iſta tua euitamus amictu
Affixus noſtris tu dabis ſupplicium.

ALBII TIBVLLI.eq.Ro.Poetæ.CI.Liber primus quod ſpretis diuitiis & militia Deliam amet & amori ſeruiat.

DIuitias alius fuluo ſibi congerat auro
Et teneat culti iugera magna ſoli.
Quē labor aſſiduus uicino terreat hoſte
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.
Me mea paupertas uitæ tradu cat inerti
Dum meus aſſiduo luceat igne focus:
Ipſe feram teneras maturo tempore uites
Ruſticus & facili grandia poma manu:
Nec ſpes deſtituat.ſed frugum ſemper aceruos
Præbeat & pleno pinguia muſta lacu:
Nam ueneror:ſeu ſtipes habet deſertus in agris
Seu uetus in triuio florida ſerta lapis.
Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus
Libatum agricolæ ponitur ante deum
Flaua ceres tibi ſit noſtro de rure corona
Spicea quæ templi pendeat ante fores:
Pomoſiſque ruber cuſtos ponatur in hortis
Terreat ut ſæua falce priapus aues
Vos quoque fœlicis quondam nunc pauperis agri
Cuſtodes:fertis munera ueſtra lares:
Tunc uitula innumeros luſtrabat cæſa iuuencos
Nunc agna exigui eſt hoſtia parua ſoli:
Agna cadet uobis quam circum ruſtica pubes
Clamet io meſſes & bona uina date:
Iam modonon poſſum contentus uiuere paruo?
Nec ſemper longe deditus eſſe uiæ:
Sed canis æſtiuos ortus uitare ſub umbra
Arboris ad riuos prætereuntis aquæ:
Nec tamen interdum pudeat tenuiſſe bidentem
Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boues
Non agnam ue ſinu pigeat:fœtumque capellæ
Deſertum oblita matre referre domum:
At uos exiguo pecori fureſque lupique
Parcite de magno præda petenda grere eſt:
Hic ego paſtorem que meum luſtrare quotannis
Et placidam ſoleo ſpargere lacte palen:
Adſitis diui neu uos e paupere menſa
Dona nec e puris ſpernite fictilibus:
Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis
Pocula de facili compoſuitque luto:
Non ego diuitias patrum fructuſque requiro:

Quos tulit antiquo condita meſſis auo:
Parua ſeges ſatis eſt: ſatis eſt requieſcere lecto
Scilicet: & ſolito membra leuare toro:
Quam iuuat immites uentos audire cubantem
Et dominam tenero continuiſſe ſinu.
Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit auſter
Securum ſomnos igne iuuante ſequi:
Hoc mihi contingat: ſit diues iure: furorem
Quis maris & triſtes ferre poteſt pluuias.
O quantum eſt auri pereat potiuſque ſmaragdi
Quam fleat ob noſtras ulla puella uias.
Te bellare decet terra meſſala marique
Vt domus hoſtiles præferat exuuias:
Me retinent uinctum formoſæ uincla puellæ
Et ſedeo duras ianitor ante fores
Non ego laudari curo mea delia tecum
Dummodo ſim: quæſo ſegnis inerſque uocer
Te ſpectem ſuprema mihi cum uenerit hora
Et teneam moriens deficiente manu:
Flebis & arſuro poſitum me delia lecto
Triſtibus & lachrymis oſcula mixta dabis:
Flebis: non tua ſunt duro præcordia ferro
Vincta nec in tenero ſtat tibi corde ſilex:
Illo non iuuenis poterit de funere quiſquam
Lumina non uirgo ſicca referre domum
Tu manes ne læde meos: ſed parce ſolutis
Crinibus: & teneris delia parce genis:
Interea dum fata ſinũt iungamus amores
Iam ueniet tenebris mors ad operta caput:
Iam ſubrepet iners ætas: nec amare decebit:
Dicere nec cano blanditias capiti:
Nunc leuis eſt tractanda uenus: dum frangere poſtes
Non pudet: & rixas inſeruiſſe iuuat:
Hic ego dux mileſque bonus: uos ſigna tubæque
Ite procul cupidis uulnera ferte uiris
Ferte & opes ego compoſito ſecurus aceruo
Dites deſpiciam deſpiciamque famem

Queritur de ianua clauſa & ad ipſam atque amicam ſuam multis utitur blanditiis.

ADde merũ: uinoque nouos compeſce dolores:
Occupet ut feſſi lumina uicta ſopor:
Neu quiſquam multo perfuſum tempora baccho
Excitet infœlix dum requieſcit amor.
Nam poſita eſt noſtræ cuſtodia ſæua puellæ
Clauditur & dura ianua firma ſera:

Ianua difficilis

Iunua difficilis domini te uerberet hymber
Te iouis imperio fulmina miſſa petant:
Ianua iam pateas uni mihi uicta querelis
Nec furtim uerſo cardine aperta ſones:
Et mala ſi qua tibi dixit dementia noſtra
Ignoſcas: capiti ſint præcor illa meo:
Te meminiſſe decet: quæ plurima uoce peregi
Supplice: cum poſti florida ſerta darem
Tu quoque ne timide cuſtodes delia falle
Audendun eſt: fortes adiuuat ipſa uenus
Illa fauet ſeu quis iuuenis noua limina tentat:
Seu reſerat fixo dente puella fores:
Illa docet furtim̃ molli decedere lecto:
Illa pedem nullo ponere poſſe ſono
Illa uiro coram nutus conferre loquaces
Blandaque compoſitis addere uerba notis.
Nec docet hoc omnes: ſed quos nec inhertia tardat
Nec uetat obſcura ſurgere nocte timor.
En ego cum tenebris tota uagor anxius urbe
Securum in tenebris me facit eſſe uenus:
Nec ſinit occurrat quiſquam qui corpora ferro
Vulneret: aut rapta præmia ueſte petat:
Quiſquis amore tenetur eat tutusque ſacerque
Qualibet: inſidias non timuiſſe decet:
Non mihi pigra nocent hybernæ frigora noctis
Non mihi cum multa decidit hymber aqua:
Non labor hic lædit reſeret modo delia poſtes
Et uocet ad digiti me taciturna ſonum
Parcite luminibus ſeu uir ſeu fœmina fias
Obuia: celari uult ſua fura uenus
Neu ſtrepitu terrete pedum neu quærite nomen
Neu prope fulgenti lumina ferte face:
Si quis & imprudens aſpexerit oculat ille
Perque deos omnes ſe meminiſſe neget:
Nam fuerit quicunque loquax: is ſanguine natam:
Is uenerem e rapido ſentiet eſſe mari:
Nec tamen huic credet coniunx tuus ut mihi uerax
Policita eſt magico ſaga miniſterio:
Hamc ego de cœlo ducentem ſydera uidi
Fluminis hæc rapidi carmine uertit iter
Hæc cantu finditque ſolum maneſque ſepulchris
Elicit: & tepido deuocat oſſa rogo:
Iam ciet infernas magico ſtridore cateruas
Iam iubet aſperſas lacte referire pedem
Cum libet: hæc triſti depellit nubila cœlo
Cum libet æſtiuo conuocat orbe niues

Sola tenere malas medeæ dicitur herbas
Sola feros hechates Perdomniſſe canes
Hæc mihi compoſuit cantus: quis fallere poſſes
Ter cane ter dictis deſque carminibus
Ille nihil poterit de nobis credere cuiquam
Non ſibi ſi in molli uiderit ipſe thoro
Tu tantum abſtineas aliis: nam cætera cernet
Omnia: de me uno ſentiet ipſe nihil:
Quid credam nempe hæc eadem ſe dixit amores
Cantibus aut herbis ſoluere poſſe meos:
Et me luſtrauit tedis & nocte ſerena
Concidit ad magicos hoſtia pulla deos
Non ego totus abeſſet amor ſed mutuus eſſet
Orbam nec te poſſe carere uelim:
Ferreus ille fuit qui te cum poſſet habere
Maluerit prædas ſtultus & arma ſequi:
Ille licet cylicum uictas agat ante cateruas
Ponat & in capto martia caſtra ſolo:
Totus & argento contextus totus & auro
Inſideat celeri conſpiciendus equo:
Ipſe boues mea ſi tecum modo delia poſſem
Iungere: & inſolito paſcere monte pecus:
Et te dum liceat teneris retinere lacertis
Mollis & inculta ſit mihi ſomnus humo:
Quid tyrio recubare toro ſine amore ſecundo
Prodeſt? cum fletu nox uigilanda uenit.
Nam neque tunc plumæ nec ſtragula picta ſoporem
Nec ſonitus placidæ ducere poſſet aquæ
Num ueneris magnæ uiolaui numina uerbo?
Et mea num pœnas impia lingua luit?
Num feror inceſtus ſedes adiiſſe deorum
Sertaque de ſanctis diripuiſſe focis:
Nrn ego ſi merui dubitem procumbere templis
Et dare ſacratis oſcula liminibus:
Non ego tellurem genibus perrepere ſupplex
Et miſerum ſancto tondere poſte caput
At tu qui lætus rides mala noſtra: caueto
Mox tibi non unus ſeuiet uſque deus.
Vidi ego qui iuuenum miſeros luſiſſet amores
Poſt ueneris uinclis ſubdere colla ſenem
Et ſibi blanditias tremula componere uoce
Et manibus canas fingere uelle comas:
Stare nec ante fores puduit: caræ ue puellæ
Ancillam medio detenuiſſe foro
Hunc puer hunc iuuenis turba circunterit arcta
Deſpuit in molles & ſibi quiſque ſinus: at mihi

At mihi parce uenus: ſemper tibi dedita ſeruit
Men mea quid meſſes uris acerba tuas?

AD MESSALAM

Ibitis ægeas ſine me meſſala per undas
O utinam memores ipſe: cohorſque mei:
Me tenet ignotis ægrum phæatia terris:
Abſtineas auidas mors modo nigra manus:
Abſtineas mors atra precor non hic mihi mater
Quæ legat in mœſtos oſſa peruſta ſinus
Non ſoror aſſyrios cineri quæ dedat odores
Et fleat effuſis ante ſepulcra comis:
Delia non uſquam quæ me cum mittert urbe
Dicitur ante omnes conſueuiſſe deos
Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit: illi
Retulit e triuiis omina certa puer
Cuncta dabant reditus tamen eſt deterrita nunquam
Cum fleret noſtras reſpiceretque uias
Ipſe ego ſolator cum iam mandata dediſſem
Quærebam tardas anxius uſque moras:
Aut ego ſum cauſatus aues: dant omina dira
Saturni ſacram me tenuiſſe diem:
O quotiens ingreſſus iter mihi triſtia dixi
Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem
Audeat inuito ne quis diſcedere amore
Aut ſciat egreſſum ſe prohibente deo
Quid tua nunc iſis: tibi delia: quid mihi proſunt
Illa tua totiens æra repulſa manu
Quid ue pie dum ſacra colis: pureque lauari
Te memini & puro ſecubuiſſe toro:
Nunc dea: nunc ſuccurre mihi: nam poſſe mederi
Picta docet templis multa tabella tuis:
Vt mea uotiuas perſoluens delia uoces
Ante ſacras lino tecta fores ſedeat:
Biſque die reſoluta comas tibi dicere laudes
Inſignis turba debeat in pharia
At mihi contingat patrios celebrare penates
Reddereque antiquo menſtrua thura lari
Quam bene ſaturno uiuebant rege priuſquam
Tellus in longas eſt patefacta uias
Nondum cæruleas pinus contempſerat undas
Effuſum uentis præbueratque ſinum:
Nec uagus ignotis repetens conpendia terris
Preſſerat externa nauita merce ratem
Illo non ualidus ſubit iuga tempore taurus:
Non domito frænos ore momordit equus:
Non domus ulla fores habuit: non fixus in agris

Qui regeret certis finibus arua lapis
Ipſæ mella dabant quercus ultroque ferebant
Obuia ſecuris ubera lactis oues:
Non acies non ira fuit: non bella nec enſes
Immiti ſæuus duxerat arte faber:
Nunc ioue ſub domino cædes & uulnera ſemper
Nunc mare nunc læti mille repente uiæ:
Parce pater timidum non me periuria terrent
Non dicta in ſanctos impia uerba deos:
Quod ſi fatalles iam nunc expleuimus annos
Fac lapis in ſcriptis ſtet ſuper oſſa notis:
Hic iacet immiti conſumptus morte tibullus
Meſſallam terra dum ſequiturque mari:
Sed me quod facilis tenero ſum ſemper amori
Ipſa uenus campos ducet in elyſios:
Hic choreæ cantuſque uigent paſſimque uagantes
Dulce ſonant tenui gutture carmen aues:
Fert caſiam non culta ſeges: totoſque per agros
Floret odoratis terra benigna roſis:
At iuuenum ſeries teneris immixta puellis
Ludit: & aſſidue prælia miſcet amor
Illic eſt cuicunque rapax mors uenit amanti:
Et gerit inſigni mirthea ſerta coma:
At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda
Abdita: quam circum flumina nigra ſonant:
Ctiſiphoneque impexa feros pro crinibus angues
Sæuit & huc illuc impia turba fugit:
Tum niger in porta ſerpentum cerbarus ore
Stridet & æratas excubat ante fores
Illic iunonem tentare ixionis auſi
Verſantur celeri noxia membra rota
Porrectuſque nouem tityus per iugera terræ
Aſſiduas atro uiſcere paſcit aues:
Tantalns eſt illic: & circum ſtagna ſed acrem
Iam iam poturi deſerit unda ſitim:
Et danai proles ueneris quæ numina læſit
In caua letheas dolia portat aquas:
Illic ſit quicunque meos uiolauit amores
Optauit lentas & mihi militias:
At tu caſta precor maneas ſanctique pudoris
Aſſideat cuſtos ſedula ſemper anus:
Hæc tibi fabellas referat poſitaque lucerna
Deducat plena ſtamina longa colo:
Ac circa grauibus penſis affixa puella
Paulatim ſomno feſſa remittat opus:

tunc ueniam

Tunc ueniam ſubito nec quiſquam nunciet ante
Sed uidear cœlo miſſus adeſſe tibi:
Tunc mihi qualis eris longos turbata capillos
Obuia nudato delia curre pede:
Hoc precor hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roſeis candida portet equis.

AD PRIAPVM de amoribus puerorũ & execratur eum qui docuit uendere uenerem.

Sic umbroſa tibi contingant tecta priape
Ne capiti ſoles:ne noceantque niues:
Quæ tua formoſa cœpit ſolertia:certe
Non tibi barba nitet non tibi culta coma eſt:
Nudus & hybernæ producis frigora brumæ
Nudus & æſtiui tempora ſicca canis:
Sic ego tum bacchi reſpondit ruſtica proles
Armatus curua ſit mihi falce deus:
O fuge te teneræ puerorum credere turbæ
Nam cauſam iuſti ſemper amoris habent:
Hic placet anguſtis quod equum compeſcit habenis
Hic placidam niueo pectore pellit aquam:
Hunc quia fortis adeſt audacia cæpit:at illi
Virgeneus teneras ſtet pudor ante genas:
Sed ne te capiant primo ſi forte negabit
Tedia:paulatim ſub iuga colla dabit:
Longa dies homini docuit parere leones:
Longa dies molli ſaxa peredit aqua
Annus in apricis maturat collibus uuas
Annus agit certa lucida ſigna uice:
Nec iurare time ueneris periuria uenti
Irrita per terras & freta ſumma ferunt
Gratia magna ioui:uetuit pater ipſe ualere
Iuraſſet cupide quicquid ineptus amor:
Perque ſuas impune ſinit dictina ſagittas
Affirmes crines perque minerua ſuos:
At ſi tardus eris:errabis tranſiet ætas
Quam cito:non ſegnis ſtat remeatque dies:
Quam cito purpureos deperdit terra colores
Quam cito formoſas populus alta comas:
Quam iacet infirmæ uenere ubi facta ſenectæ:
Qui prior elæo eſt carcere miſſus equus:
Vidiiam iuuenem premeret cum ſerior ætas
Mœrentem ſtultos preteriiſſe dies:
Crudeles diui ſerpens nouus exuit annos
Formæ non ullam fata dedere moram:
Solis æterno eſt bacchophebo que iuuentas
Nam decet intonſus crinis utrunque deum:

Tu puero quodcunque tuo tentare libebit
Cedas:obſequio plurima uincit amor:
Neu comes ire neges quamuis uia longa paretur
Et canis arenti torreat arua ſiti:
Quamuis prætexens picta ferrugine cœlum
Venturam admittat hymbrifer arcus aquam
Vel ſi ceruleas pupi uelit ire per undas
Ipſe leuem remo per fræta pelle ratem
Nec te pœniteat duros ſubiiſſe labores
Aut opere inſuetas atteruiſſe manus:
Nec uelit inſidiis altas ſi claudere ualles
Dum placeas humeris retia ferre neges
Si uolet arma leui tentabis ludere dextra
Sæpe dapis nudum uincat ut ille latus:
Tunc tibi mitis erit:rapias tunc cara licebit
Oſcula:pugnabit ſed tamen apta dabit:
Rapta feret primo poſt afferet ipſe roganti
Poſt etiam collo ſe implicuiſſe uolet
Heu male nūc artes miſeras hæc ſæcula tractant
Iam tener aſſueuit munera uelle puer:
Iam tua qui uenerem docuiſti uendere primus
Quiſquis es infelix urgeat oſſa lapis:
Pieridas pueri doctos & amate poetas
Aurea nec ſuperent munera pieridas:
Carmine purpurea eſt niſi coma:carmina ni ſint
Ex humero pelopis non nituiſſet ebur:
Quem referent muſæ uiuet:dum robora tellus
Dum cœlum ſtellas dum uehet amnis aquas
Atqui non audit muſas:qui uendit amorem
Ideæ currus ille ſequatur opis
Et tercentenas erroribus expleat urbes
Et ſecet ad phrygios uilia membra modos
Blanditiis uult eſſe locum uenus ipſa querelis
Supplicibus:miſeris flentibus illa fauet:
Hæc mihi quæ canerem tityo deus edidit ore:
Sed tityum coniunx hæc meminiſſe uetat:
Pareat ille ſuæ uos me celebrate magiſtrum
Quos male habet multa callidus arte puer:
Gloria cuique ſua eſt me qui ſpernentur amantes
Conſultent cunctis ianua noſtra patet:
Tempus erit cum me ueneris præcepta ferentem
Deducat iuuenum ſedula turba ſenem:
Heu heu quam marathus lento me torquet amore
Deficiunt artes deficiuntque doli:
Parce puer quæſo ne turpis fabula fiam
Cum mea ridebunt uana magiſteria

QVERITVR qđ cū ꝓ amica uota fecerit alter eā teneat

ASper eram & bene diſidium me ferre loquebar
  At mihi nunc longe gloria fortis abeſt:
Nanque agor ut per plana citus ſola uerbere turbo
  Quem celer aſſueta uerſat ab arte puer:
Vre ferum & torque liceat nec dicere quicquam
  Magnificum:poſt hæc horrida uerba doma
Parte tamen parce furtiui fœdera lecti
  Per uenerem quæſo compoſitumque caput
Ille ego cum triſti morbo defeſſa iaceres
  Te dicor uotis eripuiſſe meis:
Ipſeque te circum luſtraui ſulfure puro
  Carmine cum magico præcinuiſſet anus
Ipſe procuraui ne poſſent ſæua nocere
  Somnia ter ſancta deueneranda mola:
Ipſe ego uelatus filo tuniciſque ſolutis
  Vota nouem ueneri nocte ſilente dedi:
Omnia perſolui fruitur nunc alter amore
  Et præcibus fœlix utitur ille meis:
At mihi fælicem uitam ſi ſalua fuiſſes
  Fingebam demens:ſed renuente deo
Rura colam frugumque aderit mea delia cuſtos
  Area dum meſſes ſole calente teret:
Aut mihi ſeruabit plenis in lintribus uuas
  Præſſaque ueloci candida muſta pede:
Conſueſcet numerare pecus conſueſcet amantis
  Garulus in dominæ ludere uerna ſinu
Illa deo ſciet agricolæ pro uitibus uuam
  Pro ſegete & ſpicas pro grege ferre dapem:
Illa regat cunctos illi ſint omnia curæ
  Adiuuet in tota me nihil eſſe domo:
Huc ueniet meſſala meus:cui dulcia poma
  Delia ſelectis detrahet arboribus:
Et tantum uenerata uirum hunc ſedula curet
  Huic paret atque epulas ipſa miniſtra gerat
Hæc mihi fingebam quæ nunc euruſque notuſque
Iactat odoratos uota per armenios:
Sæpe ego tentaui curas depellere uino
  At dolor in lachrymas uerterat omne merum.
Sæpe aliam tenui:ſed iam cum gaudia adirem
  Admonuit dominæ deſeruitque uenus:
Tunc me deuotum diſcedens fœmina dixit
  Et pudet & narrat ſcire nephanda mea
Non faciet hoc uerbis facie teneriſque lacertis
  Deuouet & flauis noſtra puella comis

Talis ad hemonium nereis quæ pelea quondam
Vecta eſt frenato cerula piſce thetis
Hæc nocuere mihi quod adeſt huic diues amator
Venit in exitium calida lena meum
Sanguineas edat illa dapes atque ore cruento
Triſtia cum multo pocula felle bibat
Hanc uolitent animæ circum ſua fata querentes
Semper & e tectis ſtrix uiolenta canat:
Ipſa fame ſtimulante furens herbasque ſepulchris
Quærat & a ſæuis oſſa relicta lupis:
Currat & inguinibus nudis ululetque per urbes
Poſt agat e triuiis aſpera turba canum
Eueniet: dat ſigna deus ſunt numina amanti
Sæuit & iniuſta lege relicta uenus
At tu quāprimum ſagæ præcepta rapacis
Deſere: nam donis uincitur omnis amor
Pauper erit præſto tibi: præſto pauper adibit
Primus & in tenero fixus erit latere
Pauper in anguſto fidus comes: agmine turbæ
Subicietque manus efficietque uiam
Pauper ad occultos furtim deducit amicos
Vinclaque de niueo detrahet ipſe pede:
Heu canimus fruſtra nec uerbis uicta pateſcit
Ianua: ſed plena eſt percutienda manu:
At tu qui potior nunc es mea furta timeto
Verſatur celeri fors leuis orbe rota:
Non fruſtra quidam iam nunc in limine perſtat
Sedulus ac crebro proſpicit ac refugit:
Et ſimulat tranſire domum mox deinde recurrit:
Solus & ante ipſas excreat uſque fores
Neſcio quid furtiuus amor parat: utere quæſo
Dum licet in liquida nat tibi linter aqua.

AD AMOREM. Quæritur quod delia amet alium & uirum admonet ne ab ea decipiatur

Semper ut inducar blandos offers mihi uultus
Poſt tamen es miſero triſtis & aſper amor
Quid tibi ſæuitiæ mecum eſt? an gloria magna eſt
Inſidias homini compoſuiſſe deum?
Iam mihi tenduntur caſſes iam delia furtim
Neſcio quem tacita calida nocte fouet
Illa quidem tam multa negat: ſed credere durum eſt
Sic etiam de me pernegat uſque uiro
Ipſe miſer docui quo poſſet ludere pacto
Cuſtodes. heu heu nunc premor arte mea:
Fingere nunc didicit cauſas ut ſola cubaret
Cardine nunc tacito uertere poſſe forem

At tu fallacis coniunx incaute puellæ:
Me quoque ſeruato pecet ut illa nihil:
Neu iuuenes celebret multo ſermone caueto
Neue cubet laxo pectus aperta ſinu:
Neu te decipiat nutu digitoque liquorem:
Ne trahat & menſe ducat in orbe notas:
Fxibit quam ſæpe time:ſeu uiſere dicet
Sacra bonæ maribus non adeunda deæ:
At mihi ſi credas:illam ſequar unus ad aras
Tunc mihi non oculis ſit timuiſſe meis:
Sæpe uelut gemmas eius ſignumque probarem
Per cauſam memini me tetigiſſe manum:
Sæpe mero ſomnum peperi tibi at ipſe bibebam
Sobria ſuppoſita pocula uictor aqua
Non ego te leſi prudens ignoſce fatenti:
Iuſſit amor contra quis ferat arma deos?
Ille ego ſum uec me iam dicere uera pudebit
Inſtabat tota cui tua nocte canis:
Quid tenera tibi coniuge opus?tua ſi bona neſcis
Seruare?ah fruſtra clauis ineſt foribus:
Te tenet:abſentes alios ſuſpirat amores:
Et ſimulat ſubito condoluiſſe caput:
At mihi ſeruandam credas non ſæua recuſo
Verbera detrecto non ego uincla pedum:
Tunc procul abſitis quiſquis colit arte capillos
Effluit effuſo cui toga laxa ſinu:
Quiſquis & occurret:ne crimen poſſit habere
Stet procul aut alia ſtet procul ante uia
Sic fieri iubet ipſe deus:ſic magna ſacerdos
Eſt mihi diuino uaticinata ſono:
Hæc ubi bellone motu eſt agitata:nec aciem
Flammam monet amans uerbera torta timet:
Ipſa bipenne ſuos cædit uiolata lacertos
Sanguimeque effuſo ſpargit inulta deam
Statque latus perfixa ueru:ſtat ſaucia pectus
Et canit euentus quos dea magna monet:
Parcite quam cuſtodit amor uiolare puellam
Ne pigeat magno poſt didiciſſe malo:
Attigerit labentur opes:ut uulnere noſtro
Sanguis ut hic uentis diripiturque cinis:
Et tibi neſcio quas dixit mea delia pœnas
Si tamen admittas ſit præcor illa leuis
Non ego te propter parco tibi:ſed tua mater
Me mouet:atque iras aurea uincit anus:
Hæc me deducit tenebris:multoque timore

Coniungit noſtras clam taciturna manus:
Hæc foribuſque manet noctu me affixa: proculque
Cognoſcit ſtrepitus me ueniente pedum:
Viue diu mihi dulcis anus: proprios ego tecum
Sit modo fas annos contribuiſſe uelim:
Te ſemper natamque tuam: te propter amabo
Quicquid agit: ſanguis eſt tamen illa tuus:
Sit modo caſta doce quanuis non uitta ligatos
Impediat crines nec ſtola longa pedes:
Et mihi ſunt duræ leges: laudare nec ullam
Poſſum ego quin oculos appetat illa meos:
Et ſi quid peccaſſe putat: ducorque capillis
Immerito proriprias propriarque uias:
Non ego te pulſare uelim: ſed uenerit iſte
Si furor optarim non habuiſſe manus
Nec ſæuo ſis caſta metu ſed mente fideli
Mutuus abſenti te mihi ſeruet amor
At quæ fida fuit nulli poſt uicta ſenecta
Ducit inops tremula ſtamula torta manu
Firmaque conductis adnectit litia telis
Tractaque de niueio uellere ducta putat:
Hanc animo gaudente uident iuuenumque cateruæ
Commemorant merito tot mala ferre ſenem
Hanc uenus ex alto flentem ſublimis olimpo
Spectat & in fidis quæ ſit acerba monet
Hæc aliis maledicta cadant: nos delia amoris
Exemplum cana ſimus uterque coma

GRATVLATVR meſſale de uictoria contra Aquitanos a ſe parta

HVnc cecinere diem parcæ fatalia nentes
Stamina non ulli diſſoluenda deo:
Hunc fore aquitanas poſſet qui fundere gentes:
Quem tremeret forti milite uictus atax
Euenere nouos pubes romana triumphos
Vidit: & euinctos brachia capta duces:
At te uitrices laures meſſala gerentem
Portabit nitidis currus eburnus equis
Non ſine me eſt tibi partus honos: tua bella pyrenæ
Teſtis & oceani littora ſantonici
Teſtis arar: rhodanuſque celer: magnuſque garumna
Carnoti & flaui cerula lympha lyger:
At te cydne canam: tacitis qui leniter undis
Ceruleus placidis per uada ſerpis aquis:
Quantus & æthereo contingens uertice nubes
Frigidus intonſos taurus arat cylicas:

quid referam

Quid referam ut uolitet crebras intacta per urbes
Alba paleſtino ſancta columba ſyro:
Vtque maris uaſtum proſpectet turribus æquor
Prima ratem uentis credere docta tyrus:
Qualis & arentes cum findit ſyrius agros:
Fertilis æſtiua nilus habundet aqua
Nile pater qua nam poſſim te dicere cauſa
Aut quibus in terris oculuiſſe caput:
Te propter nullos tellus tua poſtulat hymbres
Arida nec pluuio ſupplicat herba ioui:
Te canit atque ſuum pubes miratur oſirim
Barbara memphitem plangere docta bouem:
Primus aratra manu ſolerti fecit oſiris
Et teneram ferro ſolicitauit humum:
Primus inexpertæ comiſit ſemina terræ
Pomaque non notis legit ab arboribus:
Hic docuit teneram palis adiungere uitem:
Hic uiridem dura cædere falce comam.
Illi iocundos primum matura ſapores
Expreſſa incultis uua dedit pedibus:
Ille liquor docuit uoces inflectere cantu
Mouit & ad certos neſcia membra modos:
Bacchus & agricolæ magno confecta labore:
Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit:
Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert
Crura licet dura cuſpide pulſa ſonent:
Non tibi ſunt triſtes curæ nec luctus oſiri:
Sed chorus & cantus:& leuis aptus amor:
Sed uarii flores & frons redimita corymbis
Fuſa quoque ad teneros lutea palla pedes:
Et tyriæ ueſtes & dulcis tibia cantu
Et leuis ocultis conſcia ciſta ſacris:
Huc ades & centum ludos geniumque choreis
Concelebra & multo tempora funde mero:
Illius e nitido ſtilent unguenta capillo
Et capite & collo mollia ſerta gerat:
Sic uenies hodierne tibi dem thuris honores
Liba:& mopſopio dulcia mella feram:
At tibi ſubcreſcat proles quæ facta parentis
Augeat:& circa ſtet ueneranda ſenem:
Nec taceat monumenta uiæ quæ tuſcula tellus
Candidaque antiquo detinet alba lare:
Nanque opibus congeſta tuis hic glarea dura
Sternitur hic apta iungitur arte ſilex:
Te canit agricola magna cum uenerit urbe

Serus: inoffenſum retuleritque pedem:
At tu natalis multos celebrande per annos
Candidior ſemper candidiorque ueni:

QVERITVR de pholoe amata a puero maratho ad cuius concubitum eam adhortatur

NOn ego celare poſſum quid nutus amantis
Quid ue ferant miti lenia uerba ſono:
Nec mihi ſunt ſortes nec conſcia fibra deorum:
Præcinit euentus nec mihi cantus auis:
Ipſa uenus magico religatum brachia nodo
Perdocuit multis non ſine uerberibus:
Deſine diſſimulare deus crudelius urit
Quos uidet inuitos ſuccubuiſſe ſibi:
Quid tibi nunc molles prodeſt coluiſſe capillos:
Sæpeque mutatas diſpoſuiſſe comas?
Quid fuco ſplendente comas ornare? quid ungues?
Artificis docta ſubſecuiſſe manu:
Fruſtra iam ueſtes: fruſtra mutantur amictus
Anſaque compreſſos colligit arcta pedes:
Illa placet quamuis inculto uenerit ore
Nec nitidum tarda compſerit arte caput:
Num te carminibus: num te palentibus herbis
Deuouit tacito tempore noctis anus?
Cantus uicinis fruges traducit ab agris
Cantus & iratæ detinet anguis iter:
Cantus & e curru lunam deducere tentat
Et faceret ſi non æra repulſa ſonent:
Quid queror heu miſero carmen nocuiſſe? quid herbas?
Forma nihil magicis utitur auxiliis:
Sed corpus tetigiſſe nocet: ſed longa dediſſe
Oſcula: ſed femori conſeruiſſe femur:
Nec tu difficilis puero tamen eſſe memento
Proſequitur pœnis triſtia facta uenus:
Munera ne poſcas: det munera canus amator
Vt foueat molli frigida membra ſinu:
Carior eſt auro iuuenis: cui leuia fulgent
Ora: nec amplexus aſpera barba terit:
Huic tu candentes humero ſuppone lacertos
Et regum magnæ deſpiciantur opes:
At uenus inueuit puero concumbere furtim
Dum timet: & teneros conſerit uſque ſinus:
Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oſcula: & in collo figere dente notas:
Non lapis hanc gemmæque iuuant: quæ frigore ſola
Dormiat & nulli ſit cupienda uiro:

heu ſero

Heu ſero reu ocatur amor ſeroque iuuentas
  Cum uetus infecit cana ſenecta caput:
Tum ſtudium formæ eſt:coma tum mutatur ut annos
  Diſſimilet uiridi cortice tincta nucis:
Tollere tunc cura eſt albos a ſtirpe capillos
  Et faciem dempta pelle referre nouam:
At tu dum primi floret tibi temporis ætas
  Vtere:non tardo labitur ille pede:
Heu marathum torques:puero quæ gloria uicto eſt?
  In ueteres eſto dura puella ſenes:
Parce precor tenero:non illi ſontica cauſa eſt:
  Sed nimius luteo corpora tingit timor:
Vel miſer abſenti mœſtas quam ſæpe querelas
  Conicit:& lachrymis omnia plena madent:
Quid me ſpernis ait:poterat cuſtodia uinci
  Ipſe dedit cupidis fallere poſſe deus:
Nota uenus furtiua mihi eſt:ut lenis agatur
  Spiritus:ut nec dent oſcula rapta ſonum:
Et poſſim media quamuis obrepere nocte
  Et ſtrepitu nullo clam reſerare fores:
Quid poſſunt artes:miſerum ſi ſpernit amantem
  Et fugit ex ipſo ſæua puella toro:
Vel cum promittit ſubito:ſed perfida fallit:
  Eſt mihi nox multis euigilanda malis:
Dum mihi uenturam fingo:quodcunque mouetur
  Illius credo tunc ſonuiſſe pedes:
Deſiſtas lachrymare puer:non frangitur illa:
  Et tua iam fletu lumina feſſa tument:
Oderunt pholoe moneo faſtigia diui
  Nec prodeſt ſanctis thura dediſſe focis:
Hic marathus quondam miſeros ludebat amantes
  Neſcius ultorem poſt caput eſſe deum:
Sæpe etiam lachrymas fertur riſiſſe dolentis
  Et cupidum ficta detinuiſſe mora:
Nunc omnis odit faſtus nunc diſplicet illi
  Quæcunque oppoſita eſt ianua dura ſera:
At te pœna manet ni deſinis eſſe ſuperba:
  Quam cupies uotis hunc reuocare diem:

QVERITVR dilecti pueri fidē ꝑcio corruptā

QVid mihi ſi fueras teneros læſurus amores:
  Fœdara per diuos clam uiolanda dabas:
Ah miſer & ſi quis primo periuria cælat
  Sera tamen tacitis pœna uenit pedibus:
Parcite cæleſtes:æquum eſt impune licere
  Numina formoſis lædere ueſtra ſemel:

Lucra petens habili tauros adiungit aratro
  Et durum terræ ruſticus urget opus:
Lucra petiturcs per freta patentia uentis
  Ducunt inſtabiles ſydera certa rates:
Muneribus meus eſt captus puer:at deus illa
  In cinerem & liquidas munera uertat aquas
Iam mihi perſoluet pœnas puluiſque decorem
  Detrahet:& uentis horrida facta coma:
Vretur facies:urentur ſole capilli
  Deteret inualidos & uia longa pedes:
Admonui quotiens:auro ne polue formam:
  Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala:
Diuitiis captus ſi quis uiolauit amorem
  Aſperaque eſt illi difficiliſque uenus:
Vre meum potius flamma caput:& pete ferro
  Corpus:& in torto uerbere terga ſeca.
Nec tibi celanti fas ſit peccare:paranti
  Sit deus occultos qui uetat eſſe dolos:
Ipſe deus tacito permiſit lene miniſtro:
  Ederet ut multo libera uerba mero:
Ipſe deus ſomno domitos emittere uocem
  Iuſſit:& inuitos facta tegenda loqui:
Hæc ego dicebam:nunc me fleuiſſe loquentem
  Non pudet ad teneros procubuiſſe pedes:
Tu mihi iurabas nullo tibi diuitis auri:
  Pondere:non gemmis frangere uelle fidem:
Non tibi ſi præcium campania terra daretur
  Non tibi ſi bacchi cura falernus ager:
Illis eriperes uerbi:mihi ſydera cæli
  Lucere:& puras fulminis eſſe uias:
Quin etiam flebas:at non ego fallere doctus:
  Tergebam humentes credulus uſque genas:
Quid faceres niſi & ipſe fores in amore puellæ
  Sed precor exemplo ſit leuis illa tuo:
O quotiens uerbis ne quiſquam conſcius eſſet
  Ipſe comes multa lumina nocte tuli:
Sæpe inſperanti uenit tibi munere noſtro
  Sed latuit clauſas poſt adoperta fores:
Tu miſer interii ſtulte confixus amari
  Nam poteram ad laqueos cautior eſſe tuos:
Quin etiam atonita laudes tibi mente canebam
  Et me nunc noſtri pieridumque pudet:
Illa uelim rapida uulcanus carmina flamma
  Torreat:& liquida deleat amnis aqua:
Tu procul hinc abſis cui formam uendere cura eſt

et p̃ciū

Et præcium plena grande referre manu:
At te qui puerum donis corrumpere es auſus?
Rideat aſſiduis uxor inulta dolis:
Et cum furtiuo iuuenem laſſauerit uſu
Tecum interpoſita languida ueſte cubet:
Semper ſint externa tuo ueſtigia lecto:
Et pateat cupidis ſemper aperta domus:
Nec laſciua ſoror dicatur plura bibiſſe
Pocula: quamplures emeruiſſe uiros
Illam ſæpe ferant conuiuia ducere baccho:
Dum rota luciferi prouocet orta diem:
Illa querat nullam melius conſumere noctem
Aut operum uarias diſpoſuiſſe uices:
At tua perdidicit:nec tu ſtultiſſime ſentis:
Cum tibi non ſolita corpus ab arte mouet:
Tu ne putas illam pro te diſponere crines
Aut tenues denſo pectere dente comas?
Iſta hæc perſuadet facies:aureque lacertos
Vinciat:& tyrio prodeat apta ſinu:
Non tibi ſed iuueni cuidam uult bella uideri:
Deuoueat pro quo remque domumque tuam:
Nec facit hoc uitio:ſed corpora fœda podagra
Et ſenis amplexus culta puella fugit:
Huic tamen accubuit noſter puer:hunc ego credam
Cum trucibus uenerem iungere poſſe feris:
Blandicias ne meas aliis tu uendere es auſus?
Tu ne aliis demens oſcula ferre mea?
Tum flebis cum me uinctum puer alter habebit
Et geret in gremio regna ſuperba tuo:
At tua dum me pœna iuuet:uenerique merenti
Fixa notet caſus aurea palma meos:
Hanc tibi fallaci reſolutus amore tibullus
Dedicat:& grata ſis dea mente rogat.

DETESTATVR bella laudans ætatem primã.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes:
Quam ferus & uere ferreus ille fuit:
Tunc cædes hominum generi:tunc prælia nata
Tunc breuior diræ mortis aperta uia eſt:
At nihil ille miſer meruit:nos ad mala noſtra
Vertimus in ſæuas quod dedit ille feras:
Diuitis hoc uitium eſt auri nec bella fuerunt
Faginus aſtabat cum ſcyphus ante dapes:
Non arces non uallus erat ſomnumque petebat
Securus uarias dux gregis inter oues:

Tunc uita foret uulgi nec triſtia mihi noſſem
Arma:nec audiſſem corde micante tubam
Nunc ad bella trahor & iam quis forſitan hoſtis
Hæſura in noſtro tela gerit latere:
Sed patrii ſeruate lares aluiſtis & iidem
Curſarem ueſtros cum tener ante pedes:
Neu pudeat priſco uos eſſe ex ſtipite factos
Sic ueteres ſedes incoluiſtis aui:
Tunc melius tenuere fidem cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde deus:
Hic placatus erat ſeu quis libauerat uuam
Seu dederat ſanctæ ſpicea ſerta comæ:
Atque aliquis uoti compos liba ipſa ferebat:
Poſtque comes purum filia parua fauum:
At nobis ærata lares depellite tela
Hoſtiaque e plena myſtica porcus hara
Hanc pura cum ueſte ſequar myrtoque caniſtra
Vincta geram:myrto uinctus & ipſe caput
Sic placeam uobis:alius ſit fortis in armis
Sternat & aduerſos marte fauente duces:
Vt mihi potanti poſſit ſua dicere facta
Miles:& in menſa pingere caſtra mero:
Quis furor eſt atram bellis accerſere mortem
Imminet & tacito clam uenit illa pede:
Non ſeges eſt infra:non uinea culta ſed audax
Cerberus & ſtygie nauita puppis aquæ:
Illic percuſſiſque genis:uſtoque capillo:
Errat ad obſcuros pallida turba lacus:
Quam potius laudandus hic eſt:quem prole parata:
Occupat in parua pigra ſenecta caſa:
Ipſe ſuas ſectatur oues:at filius agnos:
Et calidam feſſo comparat uxor aquam:
Sic ego ſim:liceatque caput candeſcere canis
Temporis & priſci facta referre ſenem:
Interea pax arua colat:pax candida primum
Duxit araturos ſub iuga curua boues:
Pax aluit uites:& ſuccos condidit uuæ
Funderet ut nato teſta paterna merum:
Pace bidens uomerque uigent:at triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus
Ruſticus elutoque uehit male ſobrius ipſo
Vxorem paluſtro:progeniemque domum:
Sed ueneris tunc bella calent:ſciſſoque capillos
Fœmina perfractas conqueriturq; fores:
Flet teneras ſuffuſa genas:ſed uictor & ipſe

Flet ſibi

Flet ſibi dementes tam ualuiſſe manus
At laſciuus amor rixæ mala uerba miniſtrat
Inter & iratum lentus utrunque ſedet:
Ah lapis eſt ferrumque ſuam quicunque puellam
Verberat: e cælo diripit ille deos :
Sit ſatis e membris tenuem perſcindere ueſtem
Sit ſatis ornatas diſſoluiſſe comas:
Sit lachrymas mouiſſe ſatis:quater ille beatus
Quo tenera irato flere puella poteſt:
Sed manibus qui ſæuus erit:ſcutumque ſudemque
Is gerat:& miti ſit procul a uenere:
At nobis pax alma ueni ſpicamque teneto
Perfluat & pomis candidus ante ſinus.

DE AGRI luſtratione liber ſecundus:

QVisquis adeſt ualeat:fruges luſtramus & agros
Ritus ut a priſco traditus extat auo:
Bacche ueni dulciſque tuis e cornibus uua
Pendeat & ſpicis tempora cinge ceres:
Luce ſacra requieſcat humus requieſcat arator
Et graue ſuſpenſo uomere ceſſet opus:
Soluite uincla iugis nunc adpræſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite:
Omnia ſint operata deo non audeat ulla
Lanificam penſis impoſuiſſe manum:
Vos quoque abeſſe procul iubeo:diſcedat ab aris
Cui tulit heſterna:gaudia nocte uenus:
Caſta placent ſuperis:pura cum ueſte uenite
Et manibus puris ſumite fontis aquam:
Cernite fulgentes ut eat ſacer agnus ad aras:
Vinctaque poſt olea candida turba comas:
Dii patrii purgamus agros purgamus agreſtes
Vos mala de noſtris pellite limitibus:
Neu ſeges eludat meſſem falacibus herbis:
Neu timeat celeres tardior agna lupos:
Tunc nitidos plenis confiſus ruſticus agris
Ingerat ardenti grandia ligna foco:
Turbaque uernarum ſaturi bona ſigna coloni
Ludet & ex uirgis eſtruet arte caſas:
Euentura precor uiden ut fœlicibus extis
Significet placidos nuncia fibra deos:
Nunc mihi fumoſos ueteris proferte falernos
Conſulis:& chio ſoluite uincla cado:
Vina diem celebrent:non feſta luce madere

Eſt rubor errantes & male ferre pedes:
Sed bene meſſalam ſua quiſque ad pocula dicat
Nomen & abſentis ſingula uerba ſonent:
Gentis aquitanæ celeber meſſala triumphis
Et magna intonſis gloria uictor ades:
Nunc ades aſpiraque mihi dum carmine noſtro
Redditur agricolis gratia cælitibus.
Rura cano:ruriſque deos:his uita magiſtris
Deſueuit querna pellere glande famem:
Illi compoſitis primum docuere tigillis
Exiguam uiridi fronde operire domum:
Illi etiam tauros primi docuiſſe feruntur
Seruitium:& plauſtro ſuppoſuiſſe rotam:
Tunc uictus abiere feri:tunc conſita pomus
Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas:
Aurea tunc preſſos pedibus dedit uua liquores
Mixtaque ſecuro eſt ſobria lympha mero:
Rura ferunt meſſes:calidi cum ſyderis æſtu
Deponit flauas annua terra comas:
Rure leuis uerno flores apis ingerit alueo
Compleat ut dulci ſedula melle fauos
Agricola aſſiduo primum ſatiatus aratro
Cantauit certo ruſtica uerba pede:
Et ſatur arenti primum eſt modulatus auena
Carmen:ut ornatos duceret ante deos:
Agricola & minio ſuffuſus bacche rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros:
Huic datus a pleno memorabile munus ouili
Dux pecoris hircus auxerat hircus oues:
Rure puer uerno primum de flore coronam
Fecit:& antiquis impoſuit laribus:
Rure etiā teneris curam exibitura puellis
Molle gerit tergo lucida uellus ouis:
Hinc & fœmineus labor eſt:hinc penſa coluſque
Fuſus:& appoſito pollice uerſat opus:
Atque aliqua aſſidue textrix operata mineruam
Cantat & appulſo tæla ſonat latere:
Ipſe quoque inter agros:interque armenta cupido
Natus.& indomitas dicitur inter equas
Illic indocto primum ſe exercuit arcu:
Hei mihi q̄ doctas nunc habet ille manus:
Nec pecudes uelut ante petit fixiſſe puellas
Geſtit & audaces perdomuiſſe uiros:
Hic iuueni detraxit opes:hic dicere iuſſit
Limen ad iratæ uerba pudenda ſenem:
Hoc duce cuſtodes furtī trāſgreſſa iacētes: ad iuue-

Ad iuuenem tenebris ſola puella uenit:
Et pedibus prætentat iter ſuſpenſa timore
Explorat cæcas cui manus ante uias:
Ah miſeri quos grauiter deus urget:at ille
Felix cui placidus leniter afflat amor:
Sancte ueni dapibus feſtis:ſed pone ſagittas:
Et procul ardentes hinc precor adde faces:
Vos celebrem cantate deum pecorique uocate
Voce palam pecori clam ſibi quiſque uocet:
Aut etiam ſibi quiſque palam nam turba iocoſa:
Obſtrepet:& phrygio tibia curua ſono
Ludite iam nox iungit equos currumque ſequuntur
Martis laſciuo ſydera fulua choro:
Poſtque uenit tacitus fuluis circundatus alis
Somnus & incerto ſomnia uana pede

AD CORNVTVM

Dicamus bona uerba:uenit natalis ad aras:
Quiſquis ades lingua uir mulierque faue:
Vrantur pia thura focis:urantur odores:
Quos tener e terra diuite mittit arabs:
Ipſe ſuos genius adſit uiſurus honores
Cui decorent ſanctas mollia ſerta comas:
Illius e puro diſtillent tempora nardo:
Atque ſatur libo ſit madeatque mero
Annuat & cornute tibi quodcunque rogabis
En age:quid ceſſas:annuit ille roga:
Auguror uxoris fidos optabis amores
Iam reor hoc ipſos edidiciſſe deos:
Nec tibi malueris totum quecunque per orbem
Fortis arat ualido ruſticus arua boue:
Nec tibi gemmarum quicquid felicibus undis
Naſcitur æoi qua maris unda rubet:
Vota cadunt utinam ſtrepitantibus aduolet alis
Flauaque coniugio uincula portet amor
Vincula quæ maneant ſemper dum tarda ſenectus
Inducat rugas inficiatque comas:
Huc ueniat natalis auis prolemque miniſtret
Ludat & ante tuos turba nouella pedes.

AD CORNVTVM

Rura meã cornute tenent:uillæque puellam
Ferreus eſt heu heu quiſquis in urbe manet
Ipſa uenus notos iam nunc migrauit in agros:
Verbaque aratoris ruſtica diſcit amor
O ego cum aſpicerem dominam quam fortiter illic
Verſarem ualido pingue bidente ſolum:
Agricolæque modo curuum ſectarer aratrum

Dum ſubigunt ſteriles arua ſerenda boues:
Nec quererer quod ſol graciles exureret artus
Læderet & teneras puſtula rupta manus:
Pauit & admeti tauros formoſus apollo
Nec cithara intonſæ profuerunt ue comæ:
Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis
Quicquid erat medicæ uicerat artis amor:
Ipſe deus ſolitus ſtabulis expellere uaccas
Et potum feſſas ducere fluminibus:
Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte:
Lacteus & mixtus obriguiſſe liquor:
Tunc ficella leui detexta eſt uimine iunci
Raraque pernexus eſt uia facta ſero:
O quotiens illo uitulum geſtante per agros
Dicitur occurrens eribuiſſe ſoror:
O quotiens auſæ caneret dum uale ſub alta:
Rumpere mugitu carmina docta boues:
Sæpe duces trepidis petiere oracula rebus
Venit & a templis irrita turba domum:
Sæpe horere ſacros doluit latona capillos
Quos admirata eſt ipſa nouerca prius:
Quiſquis inornatumque caput: crineſque ſolutos
Aſpiceret phœbi quæreret ille comam:
Delos ubi nunc phœbe tua eſt? ubi delphica phyton?
Nempe amor in parua te iubet eſſe caſa:
Felices olim ueneri cum fertur aperte
Seruire æternos non puduiſſe deos:
Fabula nunc ille eſt: ſed cui nunc cura puellæ eſt
Fabula ſit mauult: q̃ ſine amore deus:
At tu quiſquis is eſt: cui triſti fronte cupido
Imperat: ut noſtra ſint tua caſtra domo:
Ferrea non uenerem ſed prædam ſæcula laudant
Præda tamen multis eſt operata malis.
Præda feras acies cinxit diſcordibus armis
Hinc amor hinc cædes: mors propiorque uenit:
Præda uago iuſſit geminare pericula ponto
Bellica tum dubiis roſtra dedit ratibus:
Prædator cupit immenſos obſidere campos
Vt multo innumeram iugere paſcat ouem:
Cui lapis externus curæ eſt urbiſque tumultus
Portatur ualidis mille columna iugis:
Claudit & indomitum moles mare: lentus & intra
Negligat hybernas piſcis adeſſe minas:
At tibi lenta trahant ſamiæ conuiuia teſtæ
Fictaque cumana lubricat terra rota:

Heu heu diuitibus uideo gaudere puellas
    Iam ueniant prædæ ſi uenus optat opes:
Vt mea luxuria nemeſis fluat: utque per urbem
    Incedat donis conſpicienda meis:
Illa gerit ueſtes tenues quas fœmina cæa
    Texuit auratas diſpoſuitque uias:
Illi ſint comites fuſci quos india torret
    Solis: & admotis inficit ignis equis:
Illi ſe lectos certent præbere colores
    Aphrica puniceum purpureumque tyros:
Nota loquor regnum ipſe tenet quem ſæpe coegit
    Barbara gipſatos ferre cataſta pedes:
At tibi dura ſeges nemeſim qui abducis ab urbe
    Perſoluat nulla ſemina terra fide:
Et tu bacche tener iucundæ conſitor uuæ
    Tu quoque deuotos bacche relinque lacus:
Haud impune licet formoſas triſtibus agris
    Abdere: non tanti ſunt tua muſta pater:
O ualeant fruges: ne ſint medo rure puellæ
    Glans alat & priſco more bibantur aquæ:
Glans aluit ueteres & paſſim ſemper amarunt
    Quid nocuit ſulcos non habuiſſe ſatos:
Tum quibus aſpirat amor præbebat aperte
    Mitis in umbroſa gaudia ualle uenus:
Nullus erat cuſtos: nulla excluſura dolentes
    Ianua: ſi fas eſt mos precor ille redii:
Ha pereant artes & mollia iura colendi
    Abditur in ſolis ſi qua puella locis:
O utinam ueteri peragrantes more puellæ
    Horrida uiloſa corpora ueſte tegant:
Nunc ſi clauſa mea eſt: ſi copia rara uidendi:
    Heu miſerum laxam quid iuuat eſſe togam:
Ducite ad imperium dominæ ſulcabimus agros
    Non ego me uinclis uerberibuſque nego.

CONQVERITVR de Nemeſi quod ſit amoris uinclis irretitus

SIc mihi ſeruitium uideo dominamque paratam
    Iam mihi libertas illa paterna uale:
    Seruitium ſed triſte datur teneorque cathenis:
Et nunquam miſero uincla remittit amor:
Et ſeu quid merui: ſeu quid peccauimus urit
    Vror io remoue ſæua puella faces:
O ego ne poſſim tales ſentire dolores
    Quam malem in gelidis montibus eſſe lapis:
Stare uel inſanis cautes obnoxia uentis

Naufraga quam uaſti tonderet unda maris:
Nunc & amara dies:& noctis amarior umbra eſt:
Omnia nam triſti tempora felle madent
Nec proſunt elegi:nec carminis auctor apollo:
Illa caua præcium flagitat uſque manu:
Ite procul muſæ:ſi non prodeſt is amanti
Non ego uos ut ſint bella canenda colo:
Nec refero ſoliſque uias:& qualis (ubi orbem
Compleuit) uerſis luna recurrit equis:
Ad dominam faciles aditus per carmina quæro
Ite procul muſæ ſi nihil iſta ualent:
At mihi per cædem & facinus ſunt dona paranda
Ne iaceam clauſam flebilis ante domum:
Aut rapiam ſuſpenſa ſacris inſignia phanis
Sed uenus ante alios eſt uiolanda mihi:
Illa malum facinus ſuadet:dominamque rapacem
Dat mihi ſacrilegas ſentiat illa manus:
Operiat quicunque legit uirideſque ſmaragdos
Et niueam tyrio murice tingit ouem:
Hic dat auaritiæ cauſas & cæa puellis
Veſtis & e rubro lucida concha mari:
Hæc fecere malas:hinc clauem ianua ſenſit
Et cœpit cuſtos liminis eſſe canis:
Sed præcium ſi grande feras cuſtodia uicta eſt
Nec prohibent claues:& canis ipſe tacet:
Heu quicunque dedit formam celeſtis auaræ
Quale bonum multis attulit ipſe malis:
Hinc rixæ fletuſque ſonant:hæc denique cauſa
Fæcit ut infamis hinc deus eſſet amor:
At tibi quæ præcio uictos excludis amantes
Eripiant partas uentus & ignis opes:
Quin tua tunc iuuenes ſpectent incendia læti:
Nec quiſquam flammæ ſedulus addat aquam:
Seu ueniet tibi mors nec erit qui lugeat ullus
Nec qui det mœſtas munus in exequias:
At bona quæ nec auara fuit:centum licet annos
Vixerit:ardentem flebitur ante rogum:
Atque aliquis ſenior ueteres ueneratus amores
Annua conſtructo ſerta dabit tumulo:
Et bene diſcedens dicet:placideque quieſcas:
Terraque ſecuræ ſit ſuper oſſa leuis:
Vera quidem moneo:ſed proſunt quid mihi uera?
Illius eſt nobis lege colendus amor:
Quin etiam ſedes iubeat ſi uendere auitas
Ite ſub imperium ſub titulumque lares:

Quicquid habet circe quicquid medea ueneni
  Quicquid & herbarum theſala terra dedit:
Et quod ubi indomitis gregibus uenus afflat amores
  Hippomanes cupidæ ſtilat ab inguine equæ
Si modo me placido uideat nemeſis mea uultu:
  Mille alias herbas miſceat illa bibam:

INVOCAT phœbum ad ſacra & eũ comẽdat

P Hœbe faue nouus ingreditur tua tẽpla ſacerdos:
  Huc age cum cithara carminibuſque ueni:
Nunc te uocales impellere pollice cordas
  Nunc precor ad laudes flectere uerba meas:
Ipſe triumphali deuinctus tempora lauro
  Dum cumulant aras ad tua templa ueni:
Sed nitidus pulcherque ueni nunc indue ueſtem
  Depoſitam:longas nunc bene pecte comas:
Qualem te memorant ſaturno rege fugato
  Victori laudes concinuiſſe ioui:
Tu procul euentura uides tibi deditus augur
  Scit bene quid fati prouida cantet auis:
Tuque regis ſortes:per te præſentit aruſpex.
  Lubrica ſignauit cum deus exta notis:
Te duce romanos nunquam fruſtrata ſibylla
  Abdita quæ ſenis fata canit pedibus:
Phœbe ſacras meſſalinum ſine tangere chartas
  Vatis:& ipſe precor quod canat illa doce:
Hæc dedit æneæ ſortes poſtquam ille parentem
  Dicitur:& captos ſuſtinuiſſe lares:
Nec fore credebat romam:cum mœſtus ab alto
  Ilion:ardentes reſpiceretque deos
Romulus æternæ nundum formauerat urbis
  Mœnia:conſorti non habitanda remo:
Sed tunc paſcebant herboſa palatia uacæ
  Et ſtabant humiles in iouis arce caſæ:
Lacte madens illic ſuberat pan illicis umbræ
  Et facta agreſti lignea falce pales:
Pendebatque uagi paſtoris in arbore uotum
  Garrula ſilueſtri fiſtula ſacra deo:
Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo
  Nam calamus cæra iungitur uſque minor:
At qua uelabri regio patet ire ſolebat
  Exiguus pulla per uada linter aqua:
Illa ſæpe greges ditis placitura magiſtro
  Ad iuuenem feſta eſt uecta puella die:
Cum qua facundi redierunt munera iuris
  Caſeus & niueæ candidus agnus ouis.

Vaticinium Sibyllæ de Aenea & Roma urbe.

IMpiger Aenea uolitantis frater amoris
Troica qui profugis ſacra uehis ratibus:
Iam tibi lauerentes aſſignat iuppiter agros:
Iam uocat errantes heſpita terra lares:
Illic ſanctus eris cum te ueneranda numici
Vnda deum cælo miſerit indigetem:
Ecce ſemper feſſas uolitat uictoria puppes
Tandem ad troianos diua ſuperba uenit
Ecce mihi lucent rutulis incẽdia caſtris
Iam tibi prædico barbare turne necem:
Ante oculos laurens caſtrum muruſque lauini eſt
Albaque ab aſcanio condita longa duce:
Te quoque iam uideo marti placitura ſacerdos
Illia ueſtales deſeruiſſe focos:
Concubituſque tuos furtim uictaſque iacentes
Et cupidi ripas arma relicta dei:
Carpite nunc tauri de ſeptem montibus herbas
Dum licet: hic magnæ iam locus urbis erit:
Roma tuum nomen terris fatale regendis
Qua ſua de cælo proſpicit arua ceres:
Quaque patent ortus: & qua fluitantibus undis
Solis anhelantes abluit amnis equos:
Troia quidem tunc ſe mirabitur: & ſibi dicet:
Vos bene tam longam conſuluiſſe uiam.
Vera cano: ſic uſque ſacras innoxia laurus
Veſcar: & æternum ſit mihi uirginitas:
Hæc cecinit uates: & te ſibi phœbe uocauit
Iactauit fuſas & caput ante comas:
Quicquid amalthea quicquid marpeſia dixit
Eriphyle phœbo grataque quod monuit:
Quodque albana ſacras tybris per flumina ſortes
Portarit ſicco perlueritque ſinu:
Hæc fore dixerunt belli mala ſigna cometem
Multus & in terras deplueritque lapis:
Atque tubas atque arma ferunt crepitantia cælo
Audita: & lucos præcinuiſſe fugam:
Ipſum etiam ſolem defectum lumine uidit
Iungere pallentes nubilus annus equos:
Et ſimulacra deum lachrymas fudiſſe tepentes
Fataque uocales præmonuiſſe boues.
Hæc fuerant olim: ſed tu iam mittis apollo
Prodigia indomitis merge ſub equoribus:
Es ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flammis

Omine quo felix & ſacer annus erit:
Laurus ubi bona ſigna dedit gaudete coloni
Diſtendet ſpicis horrea plena ceres:
Oblitus & muſto feriat pede ruſticus uuas
Dolia dum magni deficiantque lacus:
At madidus baccho ſua feſta palilia paſtot
Concinet:a ſtabulis tunc procul eſte lupi:
Ille leuis ſtipulæ ſolemnis potus aceruos
Accendet:flammas tranſilietque ſacras:
Et fœtus matrona dabit natuſque parenti
Oſcula compreſſis auribus eripiet:
Nec tedebit auum paruo aduigilare nepoti
Balbaque cum puero dicere uerba ſenem:
Tunc operata deo pubes diſcumbet in herba
Arboris antiquæ qua leuis umbra cadit:
Aut e ueſte ſua tendent umbracula ſertis
Vincta:coronatus ſtabit & ipſe calix:
At ſibi quiſque dapes & feſtas eſtruet alte
Ceſpitibus menſas ceſpitibuſque torum:
Ingeret hic potus iuuenis maledicta puellæ
Poſt modo quæ uotis irrita facta uelit:
Nam ferus ille ſuæ:plorabit ſobrius idem:
Et ſe iurabit mente fuiſſe mala:
Pace tua:pereant arcus pereantque ſagittæ
Phœbe:modo in terris erret inermis amor :
Ars bona:ſed poſtquam ſumpſit ſibi tella cupido
Heu heu quam multis ars dedit illa malum:
At mihi præcipue taceo cum ſaucius annum
Et faueo morbo:cum iuuat ipſe dolor:
Vſque cano nemeſim:ſine qua uerſus mihi nullus
Verba poteſt iuſtos aut reperire pedes:
At tu:nam diuum ſeruat tutella poetas
Præmoneo:uati parce puella ſacro:
Vt meſſalinum celebrem cum præmia belli
Ante ſuos currus oppida uicta feret:
Ipſe gerens laurus lauro deuinctus agreſti:
Miles io magna uoce triumphe canet:
Tum meſſala meus pia det ſpectacula turbæ
Et plaudat curru prætereunte pater:
Annue ſic tibi ſint intonſi phœbe capilli
Sic tua perpetuo ſit tibi caſta ſoror.

AD AMOREM ut reuocet macrũ ſequẽtem caſtra ſeque ſpe nemeſis teneri dicit

Q c Aſtra macer ſequitur:tenero quit fiet amori
Sit comes & collo fortiter arma gerat:

Et ſeu longa uirum terræ uia:ſeu uaga ducent
Aequora cum tellis ad latus ire uolet:
Vre puer quæſo tua qui ferus ocia linquit
Atque iterum erronem ſub tua ſigna uoca:
Quod ſi militibus parces:erit hic quoque miles
Ipſe leuem galea qui ſibi portet aquam:
Caſtra peto:ualeatque uenus:ualeantque puellæ
Et mihi ſunt uires & mihi facta tuba eſt:
Magna loquor:ſed magnifice mihi magna locuto:
Excutiunt clauſæ fortia uerba fores:
Iuraui quotiens rediturum ad limina nunquam
Cum bene iuraui pes tamen ipſe redit:
Acer amor fractas utinam tua tella ſagittas
Scilicet extinctas aſpiciamque faces:
Tu miſerum torques:tu me mihi dira precari
Cogis:& inſana mente nefanda loqui:
Iam mala finiſſem læto:ſed credula uitam
Spes fouet & melius cras fore ſemper ait:
Spes alit agricolas:ſpes ſulcis credit aratis
Semina:quæ magno fœnore reddat ager:
Hæc liqueo uolucres:hæc captat arundine piſces
Cum tenues amos abdidit ante cibus:
Spes etiam ualida ſolatur compede uinctum
Crura ſonant ferro ſed canit inter opus:
Spes facilem nemeſim ſpondet mihi:ſed negat illa
Hei mihi ne uincas dura puella deam:
Parce per immatura tuæ precor oſſa ſororis
Sic bene ſub tenera parua quieſcat humo:
Illa mihi ſancta eſt illius dona ſepulcro
Et madefacta meis ſerta geram lachrymis:
Illius ad tumulum fugiam ſupplexque ſedebo
Et mea cum muto fata quærar cinere.
Non feret uſque ſuum te propter flere clientem
Illius ut uerbis ſis mihi lenta ueto:
Ne tibi neglecti mittant mala ſomnia manes
Mœſtaque ſoſpitæ ſtet ſoror ante torum:
Qualis ab excelſa præceps delapſa feneſtra
Venit ad infernos ſanguinolenta lacus:
Deſino ne dominæ luctus renouentur acerbi:
Non ego ſum tanti ploret ut illa ſemel:
Nec lachrymis oculos digna eſt fedare loquaces
Lena nocet nobis ipſa puella bona eſt:
Lena uetat miſerum firne furtimque tabellas
Occulto portans itque reditque ſinu:
Sæpe ego cum dominæ dulces a limine duro

Agnoſco uoces: hæc negat eſſe domi:
Sæpe ubi nox promiſſa mihi eſt languere puellam
Nunciat: aut aliquas extimuiſſe minas:
Tunc morior curis ſed mens mihi perdita fingit
Quis ue meam teneat: quot teneat ue modis:
Tunc tibi lena precor dure ſatis anxia uiuas
Mouerit e uotis pars quotacunque deos.

AD NEAERAM ꝓfitetur ſe miſſurũ librũ
LIBER TERTIVS.

MArtis Romani feſtæ uenere calendæ
Exoriens noſtris hic fuit annus auis:
Et uaga nunc certa diſcurrũt undique põpæ
Perque uias urbis munera perque domos:
Dicite pierides quo nam donetur honore
Seu mea ſeu fallor: cara neæra tamen:
Carmina formoſæ: prætio capiuntur auaræ
Gaudeat (ut digna eſt) uerſibus illa meis:
Luthea: ſed niueum inuoluat membrana libellum
Pumicet & cauas tondeat arte comas:
Summaque prætexat tenuis faſtigia chartæ
Indicet ut nomen littera facta tuum:
Atque inter geminas pingantur cornua frontes
Sic etenim comptum mittere opportet opus:
Per uos auctores huius mihi carminis oro
Caſtaliamque umbram pierioſque lacus:
Ite domum: cultumque illi donate libellum
Sicut erit nullus defluat inde color:
Illa mihi refferat ſi noſtri mutua cura eſt
An minor an toto pectore deciderim:
Sed primum nympham larga donate ſalute
Atque hæc ſubmiſſo dicite uerba ſono:
Hæc tibi uir quondam nunc frater caſta neæra
Mittit: & accipias munera parua rogat:
Teque ſuis iurat caram magis eſſe medullis
Siue ſibi coniunx ſiue futura ſoror:
Sed potius coniunx huius ſpem nominis illi
Auferet extincto palida ditis aqua:

QVERITVR de diſſidio amoris:

QVi primus caram iuueni caræque puellæ
Eripuit iuuenem ferreus ille fuit:
Durus & ille fuit qui tantum ferre dolorem
Viuere & erepta coniuge qui potuit:
Non ego firmus in hoc: non hoc patiemur: & æquo
Ingenio: frangit fortia corda dolor:

Hæc mihi uerba loqui pudor eſt:u itæque fateri
  Tot mala perpeſſæ tedia nata meæ:
Ergo ego cum tenuem fuero mutatus in umbram
  Candida quæ oſſa ſupra nigra fauilla teget:
Ante meum ueniat longos incompta capillos
  Et fleat ante meum mœſta neæra rogum:
Sed ueniat caræ matris comitata dolore
  Mœreat hæc genero:mœreat illa uiro:
Præfate ante meos manes animamque rogate
  Perfuſæque pias ante liquore manus:
Pars quoque ſola mei ſuperabit corporis oſſa
  Incinctæ nigra candida ueſte legent:
Et primum annoſo ſpargent collecta liæo
  Mox etiam niueo fundere lacte parent:
Poſt hæc carbaſeis humorem tollere uinclis
  Atque in marmorea ponere ſicca domo:
Illic quas mittit diues panchaia merces
  Eoique arabes diues & aſſyria:
Et noſtri memores lachrymæ fundantur eodem
  Sic ego componi uerſus in oſſa uelim:
Sed triſtem mortis demonſtret littera cauſam
  Atque hæc in celebri carmina fronte notet:
Lygdamus hic ſitus eſt:dolor huic & cauſa neæra
  Coniugis ereptæ cauſa perire fuit.

CVNCTA aſpnatur & optat pauptatē cū neæra

Quid prodeſt cælum flammis impleſſe neæra
  Blandaque cum multa thura dediſſe prece:
Non ut marmorei prodirem e limine tecti
  Inſignis clara conſpicuuſque domo:
Aut ut multa mei renouarent iugera tauri
  Et magnas meſſes terra benigna daret:
Sed tecum ut longæ ſociarem gaudia uitæ
  Inque tuo caderet noſtra ſenecta ſinu:
Tunc cum permenſæ defunctus tempora lucis
  Nudus lethea cogerer ire rate:
Nam graue quid prodeſt pondus mihi diuitis auri
  Aruaque ſi findant pinguia mille boues:
Quid ue domus prodeſt phrygiis innixa columnis
  Tenare ſiue tuis:ſiue cariſte tuis?
Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos
  Aurataeque trabes:marmoreumque ſolum:
Quid ue in erythreo legitur quæ littore concha
  Cinctaque ſidonio murice lana iuuat:
Et quæ preterea populus miratur in illis
  Inuida quæ falſo plurima uulgus amat:
Non opibus mentes hominum:curæque leuantur

Nam fortuna ſua tempore lege gerit:
Sit mihi paupertas tecum iucunda neæra
Et ſine te regum munera nulla uolo:
O niueam quæ te poterit mihi reddere lucem
O mihi felicem terque quaterque diem:
At ſi pro dulci reditu quecunque uouentur
Audiit aduerſa non meus aure deus
Nec me regna iuuant nec lydius aurifer amnis
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes:
Hæc alii cupiant liceat mihi paupere cultu
Securo cara coniuge poſſe frui:
Adſis & timidis faueas ſaturnia uotis
Et faueas concha cypria uecta tua:
Aut ſi fata negant reditum triſteſque ſorores
Stamina quæ ducunt quæque futura neunt
Me uocet in uaſtos amnes nigramque paludem
Diues in ignaua luridus orcus aqua.

PRECATVR deos ne iſomnia ſua uera ſint

O d Ii meliora ferant nec ſint mihi ſomnia uera
Quæ tulit heſterna peſſima nocte quies:
Ite procul uani falſumque auertite uiſum
Deſinite in uotis quærere uele fidem:
Diui uera monent uenturæ nuncia ſortis
Vera monent tuſcis exta probata uiris:
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte
Et pauidas mentes falſa timere iubent:
Et natum in curas hominum genus omina noctis
Farre pio placant & ſaliente ſale
Et tamen utcunque eſt ſiue illi uera monenti
Mendaci ſomno credere ſiue uolent:
Efficiat uanos noctis lucina timores
Et fruſtra immeritum pertimuiſſe uelit:
Si mea nec turpi mens eſt obnoxia facto
Nec læſit magnos impia lingua deos:
Iam nox æthereum nigris emenſa quadrigis
Mundum ceruleo lauerat amne rotas:
Nec me ſopierat menti deus utilis ægræ
Somnus: ſolicitas deficit ante dcmcs:
Tandem cum ſummo phœbus proſpexit ab ortu
Præſſit languentis lumina ſera quies:
Hic iuuenis caſta redimitus tempora lauro
Eſt uiſus noſtra ponere ſede pedem:
Non illo quicquam formoſius ulla priorum
Aetas humanum nec uidet illud opus:
Intonſi crines longa ceruice pluebanr
Stillabat tyrio myrtea rore coma

Candor erat:qualem præfert latonia luna
  Et color in niueo corpore purpureus:
Vt iuueni primum uirgo deducta marito
  Inficitur teneras ore rubente genas:
Et cum contextunt amaranthis alba puellæ
  Lilia:& autũno candida mala rubent:
Ima uidebatur talis illudere palla
  Nanque hæc in nitido corpore ueſtis erat:
Artis opus raræ fulgens teſtudine & auro
  Pendebat læua garrula parte lyra:
Hanc primum ueniens plectro modulatus eburno
  Felices cantus ore ſonante dedit:
Sed poſtquam fuerant digiti cum uoce locuti
  Edidit hæc triſti dulcia uerba modo:
Salue cura deum caſto nam rite poetæ:
  Phœbuſque & bacchus pierideſque fauent:
Sed proles ſemeles bacchus:doctæque ſorores
  Dicere non norunt quid ferat hora ſequens:
At mihi fatorum leges æuique futuri
  E uentura pater poſſe uidere dedit:
Quare ego quæ dico non fallax accipe uates
  Quidque deus uero cynthius ore ferat:
Tantum cara tibi:quantum nec filia matri
  Quantum nec cupido bella puella uiro:
Pro qua ſollicitas cæleſtia numina uotis
  Quæ tibi ſecuros non ſinit ire dies:
Et cum te fuſco ſomnus uelauit amictu
  Vanum nocturnis fallit imaginibus
Carminibus celebrata tuis formoſa neæra
  Alterius maluit eſſe puella uiri:
Diuerſaſque ſuas agitat mens impia curas
  Nec gaudet caſta nupta neæra domo
Ah crudele genus nec fidum fœmina nomen
  Ah pereat didicit fallere ſi qua uirum:
Sed flecti poterit mens eſt mutabilis illi
  Tu modo cum multa brachia tende fide:
Sæuus amor docuit dominæ fera uerba minantis
  Sæuus amor docuit uerbera poſſe pati:
Me quondam admeti niueas pauiſſe iuuencas
  Non eſt in uanum fabula ficta iocum:
Tunc ego nec cythara poteram gaudere ſonora
  Nec ſimiles chordis reddere uoce ſonos:
Sed perlucenti cantus meditabar auena
  Ille ego latonæ filius atque iouis:
Neſcis quid ſit amor iuuenis:ſi ferre recuſas
  Immitẽ dominã coniugiũq; ferum:

Ergo ne dubita blandas adhibere querelas
Vincuntur molli pectora dura prece:
Quod ſi uera canunt ſacris oracula templis
Hæc illi noſtro nomine dicta refer:
Hoc tibi coniugium promittit delius ipſe
Felix ac alium deſine uelle uirum:
Dixit:& ignauus defluxit corpore ſomnus
Ah ego non poſſim tanta uidere mala:
Nec tibi crediderim uotis contraria uota
Nec tantum crimen pectore ineſſe tuo:
Nam te nec uaſti genuerunt æquora ponti
Nec flammam uoluens ore chimæra fero:
Nec canis anguinea redimitus terga caterua
Cui tres ſunt linguæ tergeminumque caput:
Scyllaque uirgineam canibus ſubmixta figuram
Nec te conceptam ſæua leæna tulit:
Barbara nec ſcythiæ tellus horrendaque ſyrtis
Sed cultā & duris non habitanda domus:
Et longe ante alios omnes mitiſſima mater
Iſque pater quō non alter amabilior:
Hæc deus in melius crudelia ſomnia uertat
Et iubeat tepidos impia ferre notos:

DE SE EGROTANTE.

Nos tenet ætruſcis manat quæ fluctibus unda
Vnda ſub æſtiuum non adeunda canem:
Nunc autem ſacris baiarum maxima lymphis
Cum ſe purpureo uere remittit humus:
Ah mihi perſephone nigram denunciat horam
Immerito iuueni parce nocere dea:
Non ego tentaui nulli temeranda deorum
Audax laudandæ ſacra docere deæ:
Nec mea mortiferis infecit pocula ſucis
Dextera:nec cuiquam certa uenena dedit:
Nec nos ſacrilegos templis admouimus ignes
Nec cor ſolicitant facta nephanda meum:
Nec nos inſanæ meditantis iurgia linguæ
Impia in aduerſos ſoluimus ora deos:
Et nundum cani nigros læſere capillos
Nec uenit tardo curua ſenecta pede:
Natalem primo noſtrum uidere parentes
Cum cecidit fato conſul uterque pari:
Quid fraudare iuuat uitem creſcentibus uuis
Et modo nata mala uellere poma manu:
Parcite palentes undas quicunque tenetis:
Duraque ſortiti tertia regna dei:
Elyſios olim liceat cognoſcere campos

Lætheamque ratem chimerioſque lacus:
Cum mea rugoſa palebunt ora ſenecta
Et referam pueris tempora priſca ſenex:
Atque utinam uano nequicquam terrear æſtu
Laguent tarquines ſed mea membra dies:
Atque mihi tuſcæ celebrantur numina lymphæ
Et facilis lenta pellitur unda manu:
Viuite felices memores & uiuite noſtri
Siue erimus ſeu nos fata fuiſſe uelint:
Interea nigras pecudes promittite diti
Et niuei lactis pocula mixta mero:

ALLOQVITVR Bacchum ut auferat dolorē quem patitur in amore

(c)Andide liber ades:ſic ſit tibi candida uitis
Sic hedera ſemper tempora uincta feras:
Aufer & ipſe meum pariter medicando dolorem
Sæpe tuo cecidit munere uictus amor:
Care puer madeant generoſo pocula baccho
Et nobis prona funde falerna manu:
Ite procul durum curæ genus:ite labores
Fulſerit hic niueis delius alitibus:
Vos modo propoſito dulces faueatis amici
Ne ue neget quiſquam me duce ſe comitem:
Aut ſi quis uini certamen mite recuſet
Fallat eum tecto cara puella dolo:
Ile facit dites animos deus ille ferocem
Contudit:& dominæ miſit in arbitrium:
Armeniaſque tigres:& fuluas ille leænas
Vicit:& indomitis mollia corda dedit:
Hæc amor & maiora uolet:ſed poſcite bacchi
Munera:quem ueſtrum pocula ſicca iuuant:
Conuenit ex æquo nec toruus liber in illos
Qui ſe:quique una uina iocoſa colunt:
Iam uenit iratus nimium:nimiumque ſeuerus
Qui timet irati numina magna bibat:
Quales iis pœnas deus hic:quantumque minetur
Cadmeæ matris præda cruenta docet.
Sed procul a nobis hic ſit timor illaque ſi qua eſt
Quid ualeat læſi ſentiat ira dei:
Quid precor ah demens uenti temeraria uota
Aeriæ & nubes diripienda ferant:
Quamuis nulla mei ſupereſt tibi cura neæra
Sis felix & ſint candida fata tua:
At nos ſecuræ reddamus tempora menſæ
Venit poſt multas una ſerena dies:

Conq̄ritur de neæra & tētat depellere curas heī

N Ei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa
  Difficile eſt triſti fingere mente iocum:
Nec bene mendaci riſus componitur ore
  Nec bene ſolicitis ebria uerba ſonant:
Quid queror infelix turpes diſcedite curæ:
  Odit lenæus triſtia uerba pater:
Gnoſi i theſeæ quondam periuria linguæ
  Fleuiſti ignoto ſola relicta mari:
Sic cecinit pro te doctus minoi catullus
  Ingrati referens impia facta uiri:
Vos ego nunc moneo felix quicunque dolore
  Alterius diſces poſſe carere tuo:
Nec uos aut capiant pendentia brachia collo
  Aut fallat blanda ſordida lingua fide:
Et ſi perque ſuos fallax iurauit ocellos
  Iunonemque ſuam perque ſuam uenerem:
Nulla fides inerit periuria ridet amantum
  Iuppiter & uentos irrita ferre iubet:
Ergo qui totiens fallacis uerba puellæ
  Conqueror ite a me ſeria uerba precor:
Quam mallem tecum longas requieſcere noctes
  Et tecum longos peruigilare dies:
Perfida nec merito nobis nec amica merenti
  Perfida ſed quamuis perfida cara tamen:
Naiada bacchus amat ceſſas o lente miniſter
  Temperet annoſum martia lympha merum:
Non ego ſi fugiat noſtræ conuiuia menſæ
  Ignotum cupiens uana puella torum:
Sollicitus repetam tota ſuſpiria nocte:
  Tu puer & liquidum fortius adde merum:
Iam dudum tyrio madefactus tempora nardo
  Debueram ſertis implicuiſſe comas:
Ne tibi ſit mea lux eque tam feruida cura
  Vt uideo paucos ante fuiſſe dies:
Si quicquam tota commiſi ſtulta iuuenta
  Cuius me fatear pœnituiſſe magis:
Heſterna quam te ſolum quod nocte reliqui
  Ardorem cupiens diſſimulare meum:

DE LAVDIBVS Meſſalæ LIBER. IIII

TE meſſala canam q̄q̄ mea cognita uirtus
Terret ut infirmæ ualeant ſubſiſtere uires
Incipiam tamen a meritis ſi carmina laudes
Deficiant: humilis tantis ſim conditor actis:
Nec tua te præter chartis intexere quiſq̄

Facta queat: dictis ut non maiora ſuperſint:
Eſt nobis uoluiſſe ſatis. nec munera parua
Reſpueris: etiam phœbo gratiſſima dona
Cres tulit: & cunctis baccho iucundior hoſpes
Icarus: ut puro teſtantur ſydera cælo:
Erigoneque caniſque: neget iam longior ætas
Quin etiam alcides deus aſcenſurus olympum
Læta molorcheis poſuit ueſtigia terris:
Paruaque cæleſtis pacauit mica: nec illis
Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu:
Hic quoque ſit gratus paruus labor: ut tibi poſſim
Inde alios: alioſque memor componere uerſus:
Alter dictat opus magni mirabile mondi
Qualis in immeſo deſcenderit aere tellus:
Qualis & incuruum pontus confluxerit orbem:
Et uagus e terris qua ſurgere nititur aer
Huic & contextus paſſim fluat igneus æther:
Pendentique ſuper claudantur ut omnia cælo:
Et quodcunque meæ poterunt audere camœnæ:
Seu tibi par poterunt: ſeu quod ſpes annuit ultro
Siue minus certeque canent minus omne mouemus
Hoc tibi nec tanto careat mihi carmine charta:
Nam q̃q̃ antiquæ gentis ſuperant tibi laudes:
Non tua maiorum contenta eſt gloria fama:
Nec quæris quicquid iudex ſub imagine dicat:
Sed generis priſcos contendis uincere honores:
Quam tibi maiores maius decus ipſe futurus:
At tua non titulus capiet ſub nomine facta
Aeterno ſed erunt tibi magna uolumina uerſu
Conuenientque tuas cupidi componere laudes
Vndique quique canunt iuncto pede: quique ſoluto
Quis potius certamen erit: ſim uictor in illis:
Vt noſtrum tantis inſcribam nomen in actis
Quiſque tibi maiora gerit: chartis ue foro ue:
Nec tamen hic: aut hic tibi laus maior ue: minor ue:
Iuſta pari premitur ueluti cum pondere libra
Prona nec hac plus parte ſedet: nec ſurgit ab illa
Qualis inequatum ſi quando onus urget utrinque
Inſtabilis natat alterno compreſſior orbe:
Nam ſeu diuerſi fremat inconſtantia uulgi
Non alius ſedare queat: ſeu iudicis ira:
Sit placanda tuis poterit miteſcere uerbis
Non pylos: aut ithace tantos genuiſſe feruntur
Neſtora uel paruæ magnum decus urbis uliſſem
Vixerit ille ſenex quamuis dum terna per orbem
Sæcula fertilibus titan decurreret horis:

ille

Ille per ignotas audax errauerit urbes:
Qua maris extremis tellus excluditur undis
Nam ciconumque manus adnerſis repulit armis
Non ualuit ciclops ceptos auertere curſus
Ceſſit & ætnææ neptunius incola rupis:
Victa maroneo fœdatus lumina baccho:
Vexit & æolios placidum per nerea uentos:
Incultos adiit læſtrigonas antiphatemque:
Nobilis atratiæ gelidos quos irrigat unda:
Solum nec doctæ uerterunt pocula circes
Quauis illa foret ſolis genus apta uel herbis:
Aptaque uel cantu ueteres mutare figuras:
Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad arces
Quis nunquam candente dies apparuit ortu
Siue ſuper terras phœbus ſeu curreret infra:
Vidit ut inferno plutonis ſubdita regno
Magna deum proles leuibus diſcurreret undis
Præteriitque cita ſyrenum littora puppi:
Illum tergeminæ nantem confinia mortis:
Nec ſcyllæ ſæuo conterruit impetus orbe
Cum canibus rapidas ſic in freta ſerperet undas
Nec uiolenta ſuo conſumpſit more charybdis:
Vel ſi ſublimis fluctu conſurgeret imo
Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum
Non uiolata uagi ſileantur paſcua ſolis:
Non amor & fœcunda athlanidos arua calypſus
Finis & er rorum miſeri phæacia tellus:
Atque hæc ſeu noſtras interſunt cognita terras:
Fabula ſiue nouum dedit his erroribus orbem:
Sit labor illius:tua dum facundia maior:
Nam te non alius belli tenet aptius artes:
Qua deceat tutam caſtris perducere foſſam
Qualiter aduerſos hoſti defigere neruos
Quem ue locum ducto melius ſit claudere uallo
Fontibus ut dulces erumpat terra liquores:
Vt faciliſque tuis aditus ſit & tarduus hoſti:
Laudis & aſſiduo uigeat certamine miles:
Quis tardam ue ſudem melius: celerem ue ſagittam
Iecerit:aut lento perfregerit obuia pillo:
Et quis equum celerem ue arcto compeſcere freno
Poſſit:& effuſas tardo permittere habenas?
Inque uicem modo directo contendere paſſu:
Seu libeat curuo breuius contendere gyro:
Parma ſeu quis dextra uelit ſeu leua tueri
Siue hac ſiue illac grandis uenit impetus aſtæ
Amplior:aut ſignata cita loca tangere funda:

Iam ſimul audacis ueniant certamina martis:
Aduerſiſque parent acies concutere ſignis:
Tunc tibi non deſit faciem componere pugnæ:
Seu ſit opus quadratum acies conſiſtat in agmen
Rectus in æquatis decurrat frontibus ordo:
Seu libeat duplicem: ſeu uinctum cernere martem
Dextraque ut leuum teneat dxterumque ſiniſtra.
Miles ſitque duplex gemini uictoria caſus
At non per dubias errant mea carmina laudes
Nam bellis experta cano: teſtis mihi uictæ
Fortis iapidiæ miles: teſtis quoque fallax
Pannonius gelidas paſſim diſiectus in alpes
Teſtis in alpinis: & pauper natus in armis
Quem ſi quis uideat uetus ut non fregerit ætas:
Terna minus piliæ miretur ſecula famæ
Centum fecundos titan renouauerit annos
Ipſe tamen uelox celerem ſuper edere corpus
Audet equum ualidiſque ſedet moderator habenis
Te duce non alias conuerſus terga domator
Libera romanæ ſubiecit colla cathenæ
Nec tamen his contentus eris: maiora peractis
Inſtant. compertum eſt: ueracibus ut mihi ſignis
Quis amythaonius nequeatcertare melampus:
Nam modo ſulgentem tyrio ſub tegmine ueſtem
Indueras oriente die duce fertilis anni
Splendidior liquidis cum ſol caput extulit undis
Et fera diſcordes tenuerunt flammina uenti:
Curua nec aſſuetos egerunt flumina curſus
Quin rapidum placidis etiam mare conſtitit undis
Vlla nec aerias uolucris perlabitur auras
Nec quadrupes denſas depaſcitur aſpera ſyluas
Quin largita tuis ſunt multa ſilentia uotis
Iuppiter ipſe leui uectus per inania curru
Affuit: & cælo uicinum liquit olympum:
Intentaque tuis precibus ſe præbuit auræ
Cunctaque ueraci capite annuit additus aris:
Lætior eluxit ſtructos ſuper ignis aceruos:
Quin hortante deo magnis inſiſtere rebus
Incipe nunc idem: tibi ſunt alique triumphi
Non te uicino remorabitur obuia marte
Gallia: nec latis audax hiſpania terris.
Nec fera thereo tellus obſeſſa colono:
Nec qua uel nilus: uel regia lympha coaſpis
Profluit aut rapi dus cyri dementia gyndes
Cretæis ardens aut unda caryſtia campis
Nec qua regna uago thimyris finiuit araxe

Impia nec ſæuis celebrans conuiuia menſis
Vltima uicinus phœbo tenet arua bacchæus
Quaque hebrus:tanaiſque getas rigat atque magines
Quid moror:oceanus ponto qua continet orbem
Nulla tibi aduerſis regio ſeſe offert armis:
Te manet inuictus romano marte britannus
Teque interiecto mundi pars altera ſole:
Nam circumfuſo conſiſtit in aere tellus
Et quinque in partes toto diſponitur orbe:
Atque duæ gelide uaſtantur frigore ſemper:
Illic & denſa tellus abſconditur umbra:
Et nulla incepto perlabitur unda liquore:
Sed durata riget denſam in glaciemque niuemque
Quippe ubi non unquam titan ſuperingerit ortus:
At media eſt phœbi ſemper ſubiecta calori:
Seu propior terris æſtiuum fertur in orbem
Seu celer hybernas properat decurrere luces:
Non ergo præſſo tellus exurgit aratro:
Nec frugem ſegetes præbent:neque pabula terræ
Non illic colit arua deus:bacchus ue ceres ue:
Nulla nec exuſtas habitant animalia partes
Fertilis hanc interpoſita eſt interque rigentem
Noſtraque & huic aduerſa ſolo pars altera noſtro
Quas ſimilis utrinque tenens uicinia cæli:
Temperat alter & alterius uires negat aer:
Hinc placidus nobis per tempora labitur annus
Hinc & colla iugo didicit ſubmittere taurus:
Et lenta excelſos uitis conſcendere ramos:
Tondeturque ſeges maturos annua partus:
Et ferro tellus:pontus confunditur ære
Quin etiam ſtructis exurgunt opida muris:
Ergo ubi præclaros poſcent tua facta triumphos
Solus utroque idem diceris magnus in orbe
Non ego ſum ſatis ad tantæ præconia laudis
Ipſe mihi:non ſi perſcribat carmina phœbus
Eſt tibi qui poſſit magnis ſe accingere rebus
Valgius æterno propior non alter homero.
Languida non noſter peragit labor otia:quamuis
Fortuna (ut mos eſt illi) me aduerſa fatigat
Non mihi cum magnis opibus domus alta niteret
Cui fuerant flaui ditantes ordine ſulci:
Horrea fecundis indeficientia menſis:
Cuique pecus denſo paſcebant agmina colles:
Et domino ſatis & nimium furique lupoque
Nunc deſiderium ſupereſt:nam cura nouatur
Cum memor accitos ſemper dolor admouet annos

S ed licet aſperiora cadant ſpolierque relictis
N on te deficient noſtræ memorare camœnæ
N ec ſolum tibi pierii tribuentur honores:
P ro te uel rapidas auſim maris ire per undas
A duerſis hyberna licet tumeant freta uentis:
P ro te uel denſis ſolus ſubſiſtere turmis:
V el paruum etnææ corpus committere flammæ:
D um quodcunque tuum eſt noſtri ſit paruula cura:
S it tibi quanta libet:ſi ſit modo non mihi regna
L ydia non magni potior ſit fama gylippi
P oſſe meletheas nec malem mittere chartas:
Q uod tibi ſi uerſus noſter totus ue minus ue
V el bene ſi notus ſummo uel inheret in ore
N ulla mihi ſtatuent finem te fata canendi
Q uin etiam mea tunc tumulus cum texerit oſſa
S eu matura dies fato properat mihi mortem:
L onga manet ſeu uita:tamen mutata figuram
S eu me finget equum rigidos percurrere campos
D octum:ſeu tardi pecoris ſim gloria taurus:
S iue ego per liquidum uolucris uehar aera pennis:
I n quæcunque hominem me longa receperit ætas:
I ncæptis de te ſubtextam carmina chartis.

LAVS SVLPITIAE ad deum martem.

S Vlpitia eſt tibi culta tuis mars magne calendis
Spectatum e cælo ſi ſapis ipſe ueni:
Hoc uenus ignoſcet:at tu uiolente caueto
Ne tibi miranti turpiter arma cadant:
Illius ex oculis cum uult exurere diuos
Accendit geminas lampadas acer amor:
Illam quicquid agit quoquo ueſtigia mouit
Componit furtim ſubſequiturque decor
Seu ſoluit crines:fuſis decet eſſe capillis
Seu compſit:comptis eſt ueneranda comis:
Vrit ſeu tyria uoluit procedere palla
Vrit ſeu niuea candida ueſte uenit:
Talis in æterno felix uertũnus olympo
Mille habet ornatus mille decenter habet:
Sola puellarum digna eſt cui mollia caris
Vellera det ſucis bis madefacta tyros:
Poſſideatque:metit quicquid bene olentibus aruis
Cultor odoratæ diues arabs ſegetis:
Et quaſcunque niger rubro de littore gemmas
Proximus æois colligit indus aquis:
Hanc uos pierides feſtis cantate calendis
Et teſtudinea phœbe ſuperbe lyra:
Hoc ſolemne ſacrum multos hoc ſummet in annos

Dignior eſt noſtro nulla puella toro:

SVLPITIA ad cherinthũ de uenatiõe dimittẽda.

P Arce meo iuueni ſeu quis bona paſcua campi
Seu colis umbroſi deuia montis aper:
Nec tibi ſit duros acuiſſe in pectora dentes
Incolumem cuſtos hunc mihi ſeruet amor:
Sed procul abducit uenandi delia cura
O pereant ſylue deficiantque canes:
Quis furor eſt? quæ mens denſos indagine colles
Claudentem teneras ledere uelle manus:
Quid ue iuuat furtim latebras intrare ferarum:
Candidaque hamatis crura notare rubis?
Sed tamen ut tecum liceat cherinthe uagari
Ipſa ego per montes retia torta feram:
Ipſa ego uelocis quæram ueſtigia cerui:
Et demam celeri ferrea uincla cani:
Tunc mihi tunc placeant ſiluæ ſi lux mea tecum
Arguar ante ipſas concubuiſſe plagas:
Tunc ueniat licet ad caſſes illeſus abibit
Ne ueneris cupidæ gaudia turpet aper:
Tumc ſine me ſit nulla uenus: ſed lege dianæ
Caſte puer caſta retia tange manu:
Et quæcunque meo furtim ſubrepit amori
Incidat in ſæuas diripienda feras:
At tu uenandi ſtudium concede parenti
Et celer in noſtros ipſe recurre ſinus:

AD PHOEBVM pro puella egrotante.

H Vc ades & teneræ morbos expelle puellæ
Huc ades intonſa phœbe ſuperbe coma:
Crede mihi propera nec te iam phœbe pigebit
Formoſæ medicas applicuiſſe manus:
Effice ne macies palentes occupet artus
Neu notet informis palida membra color:
Et quodcunque mali eſt: & quicquid triſte timemus
In palagus rapidis euehat amnis aquis:
Sancte ueni tecumque feras quicunque ſapores
Quicunque & cantus corpora feſſa leuant:
Neu iuuenem torque metuit qui fata puellæ
Votaque pro domina uix numeranda facit:
Interdum uouet: interdum quod langueat illa
Dicit in æternos aſpera uerba deos:
Pone metum cherinthe deus non ledit amantes
Tu modo ſemper ama: ſalua puella tibi eſt:
At nunc tota tua eſt te ſolum candida ſecum
Cogitat & fruſtra credula turba ſedet:

Phœbe faue:laus magna tibi tribuetur in uno
Corpore ſeruato:reſtituiſſe duos:
Nil opus eſt fletu lachrymis erit aptius uti
Si quando fuerit triſtior illa tibi:
Iam celeber iam lætus eris cum debita reddet
Certatim ſanctis lætus uterque focis:
Tunc te felicem dicet pia turba deorum
Optabunt artes & ſibi quiſque tuas.

SVLPITIA Ad Cherintum.

ESt qui te cherinthe dies dedit hic mihi ſanctus
Atque inter feſtos ſemper habendus erit:
Te naſcente nouum parce cecinere puellis
Seruitium:& dederant regna ſuperba tibi:
Vror ego ante alias iuuat hoc cherinthe quod uror
Si tibi de nobis mutuus ignis adeſt:
Mutuus adſit amor te per dulciſſima furta
Perque tuos oculos per geniumque rogo:
Mane geni:cape thura libens:uotiſque faueto
Si modo cum de me cogitat ille ualet:
Quod ſi forte alios iam nunc ſuſpiret amores
Tunc precor infidos ſancte relinque focos:
Nec ſis nunc iniuſta uenus uel ſeruiat æque
Vinctus uterque tibi:uel mea uincla leua:
Sed potius ualida teneamur uterque cathena
Nulla queat poſthac nos ſoluiſſe dies:
Optat idem iuuenis quod nos:ſed tutius optat
Nam pudet hæc illum dicere uerba palam:
At tu natalis quoniam deus omnia ſentis
Annue:quid refert clam ue palam ue roget?

IVNONI Puellam comendat.

NAtalis iuno ſanctos cape thuris aceruos
Quos tibi dat tenera docta puella manu:
Tota tibi eſt hodie tibi ſe lætiſſima comnſit
Staret ut ante tuos conſpicienda focos:
Illa quidem orandi cauſas tibi diua relegat
Eſt tamen occulte cui placuiſſe uelit:
At tu ſancta faue:ne nos diuellat amantes
Sed iuueni quæſo mutua uincla para:
Sic bene compones ullæ non ille puellæ
Seruire:aut cuiquam dignior illa uiro:
Nec poſſit cupidos uigilans deprehendere cuſtos:
Fallendique uias mille miniſtret amor:
Annue:purpureaque ueni perlucida palla
Ter tibi ſic libo ter dea caſta mero:
Præcipit & natæ mater ſtudioſa quod optet
Illa aliud tacita iam ſibi mente rogat:

Vritur ut celeres urunt altaria flammæ:
Nec liceat quamuis ſana fuiſſe uelit:
Sic iuueni grata eueniet cum proximus annus:
Hic idem uotis iam uetus adſit amor.

GRATVLATIO ad Venerem.

TAndem uenit amor qualem texiſſe pudori
Quam nudaſſe alicui ſit mihi fama magis:
Exorata meis illum cytheræa camænis
Attulit in noſtrum depoſuitque ſinum:
Exoluit promiſſa uenus mea gaudia narret
Dicetur ſi quis non habuiſſe ſuam:
Non ego ſignatis quicquam mandare tabellis
Ne legat id nemo q̃ meus ante uelim:
Sed peccaſſe iuuat: uultus componere famæ
Tædet: cum digno digna fuiſſe ferar.

AD MESSALAM.

INuiſus natalis adeſt qui rure moleſto
Et ſine cherintho triſtis agendus erit:
Dulcius urbe quid eſt? an uilla ſit apta puellæ?
Atque aretino frigidus amnis agro:
Iam nimium meſſala mei ſtudioſe quieſcas
Non tempeſtiue ſæpe propinque uiæ:
Hic animum ſenſuſque meos abducta relinquo
Arbitrio quauis non ſinis eſſe meo:
Scis iter ex animo ſublatum triſte puellæ
Natali romæ non ſinit eſſe tuo:
Omnibus ille dies nobis natalis agatur
Qui nec opinanti nunc tibi ſorte uenit.

SVLPITIA.

GRatum eſt ſecuris multũ: quod iam mihi de me
Permittas ſubito ne male inepta cadam:
Sit tibi cura togæ potior: preſſumque quaſillo
Scortum: q̃ ſerui filia Sulpicia:
Solliciti ſunt pro nobis quibus illa dolori eſt:
Nec credam ignoto maxima cauſa toro:

AD CHERINTHVM.

ESt ne tibi cherinthe tuæ placitura puellæ
Qui mea nunc uexat corpora feſſa calor
Ah ego non aliter triſtes euincere morbos
Optarim: q̃ te ſic quoque uelle putem:
Ah mihi quid proſit morbos euincere? quid tu
Noſtra potes læto pectore ferre mala?
Ne tibi ſit mea lux eque iam feruida cura
Vt uideas paucos ante fuiſſe dies:
Si quicquam tota comiſi ſtulta iuuenta:
Cuius me fatear pœnituiſſe magis:

Heſterna q̃ te ſolum quod nocte reliqui
Ardorem cupiens diſſimulare meum

AD AMICAM.

n Vlla tuum nobis ſubducet fœmina lectum
Hoc primum iuncta eſt fœdere noſtra uenus:
Tu modo ſola places: nec iam te preter in urbe
Formoſa eſt oculis ulla puella meis:
Atque utinam poſſes uni mihi bella uideri
Diſpliceas aliis: ſic ego tutus ero:
Nil opus inuidia eſt procul abſit gloria uulgi
Qui ſapit in tacito gaudeat ipſe ſinu:
Sic ego ſecretis poſſum bene uiuere ſyluis
Qua nulla humano ſit uia trita pede:
Tu mihi curarum requies: tu nocte uel atra
Lumen & in ſolis tu mihi turba locis:
Nunc licet e cælo mittatur amica tibullo
Mittetur fruſtra deficietque uenus:
Hæc tibi ſancta tuæ iunonis numina iuro
Quæ ſola ante alios eſt mihi magna deos:
Quid facio demens heu heu mea pignora credo
Iuraui: ſtulte prodeat iſte timor:
Nunc tu fortis eris: nunc me tu audacius ures
Hoc peperit miſero garula lingua malum:
Iam faciam quodcunque uoles: tuus uſque manebo
Nec fugiam notæ ſeruitium dominæ:
Sed ueneris ſanctæ confidam uinctus ad aras:
Hæc notat iniuſtos ſupplicibuſque fauet.

DE PVELLAE INFAMIA

r Vmor ait crebro noſtram peccare puellam
Nunc ego me ſurdis auribus eſſe uelim:
Crimina non hæc ſunt noſtro ſine ficta dolore
Quid miſerum torques rumor acerbe? tace.

FINIS.

SVMMA Vitæ Albii Tibulli

a Lbius Tibullus eques Ro. inſignis forma cultuq; corporis obſeruabilis: ante alios Coruinũ meſſalã dilexit: cuius etiã contubernalis aquitanico bello milititaribus donis donatus ẽ: Hic multorũ iudicio & maxime Quĩtiliani inter elegiographos ſummũ obtinet locũ Epiſtolæ quoq; eius amatoriæ q̃q̃ breues utiles ſũt: Obiit adoleſcens ut indicat epitaphium infraſcriptum.

EPITAPHIVM TIBVLLI.

t E quoque uirgilio comitem non æqua tibulle
Mors iuuenem campos miſit ad elyſios:
Ne foret aut elegis molles qui fleret amores
Aut caneret forti regia bella pede.

PROPERTII POETAE ELEGIOGRAPHI CLARISSIMI. LIBER PRIMVS.

CYnthia prima ſuis miſerum me cœpit ocellis
Contactum nullis ante cupidinibus:
Tum mihi conſtanti deiecit lumina faſtus
Et caput impoſitis preſſit amor pedibus:
Donec me docuit caſtas odiſſe puellas
Improbus:& nullo uiuere conſilio:
Et mihi iam toto furor hic non deficit anno
Quom tamen aduerſos cogor habere deos:
Minalion nullos fugiendo tulle labores
Sæuitiam duræ contudit iaſides:
Nam modo partheniis amens errabat in antris:
Ibat & hirſutas ille uidere feras:
Ille etiam pſili percuſſus uulnere rami
Saucius archadiis rupibus ingemuit:
Ergo uelocem potuit domuiſſe puellam
Tantum in amore preces & benefacta ualent:
In me tardus amor non ullas cogitat artes
Nec meminit notas ut prius ire uias
At uos deductæ quibus eſt fallacia lunæ:
Et labor in magicis ſacra piare focis:
En agedum dominæ mentem conuertite noſtræ
Et facite illa meo palleat ore magis:
Tunc ego crediderim uobis & ſydera & amnes
Poſſe cytalinis ducere carminibus:
Et uos qui ſero lapſum reuocatis amici
Quærite non ſani pectoris auxilia:
Fortiter & ferrum ſæuos patiemur & ignes
Sit modo libertas quæ uelit ira loqui:
Ferte per extremas gentes & ferte per undas
Qua non ulla meum fœmina norit iter:
Vos remanete quibus facili deus annuit aure:
Sitis & in tuto ſemper amore pares.
In me noſtra uenus noctes exercet amaras
Et nullo uacuus tempore defit amor:
Hoc moneo uitate malum:ſua quemque moretur
Cura:neque aſſueto mutet amore locum:
Quod ſi quis monitis tardas aduerterit aures
Heu referet quanto uerba dolore mea.

NON eſſe laborandum ad cultum formæ.

QVid iuuat ornato procedere uitta capillo?
Et tenues cœa ueſte mouere ſinus?
Aut quid orontea crines perfundere myrrha:

Teque peregrinis uendere muneribus?
Naturæque decus mercato perdere cultu
Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi non ulla tuæ medicina figuræ eſt
Nudus amor formæ non amat artificem:
Aſpice quos ſummittit humus formoſa colores
Et ueniant hederæ ſponte ſua melius.
Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris
Et ſciat indociles currere lympha uias
Littora natiuis collucent picta lapillis:
Et uolucres nulla dulcius arte canunt:
Non ſic leucipis ſuccendit caſtora phœbe
Pollucem cultu non ilaira ſoror:
Non idæ & cupido quondam diſcordia phœbo
Eueni patriis filia littoribus:
Nec phrygium falſo traxit candore maritum
Auecta externis hippodamia rotis:
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis
Qualis appelleis eſt color in tabulis:
Non illis ſtudium uulgo conquirere amantes:
Illis ampla ſatis forma pudicicia:
Non ego nunc uereor ne ſim tibi uilior iſtis
Vni ſi qua placet culta puella: ſat eſt.
Quom tibi præſertim phœbus ſua carmina donet
Aoniamque libens calliopea lyram:
Vnica nec deſit iucundis gratia uerbis
Omnia quæque uenus: quæque minerua probat:
His tu ſemper eris noſtræ gratiſſima uitæ:
Tedia dum miſeræ ſint tibi luxiæ.

AD CYNTHIAM.

QValis theſæa iacuit cedente carina
Languida deſertis gnoſia littoribus:
Qualis & accubuit primo cephea ſomno
Libera iam duris cotibus andromede:
Nec minus aſſiduis aedonis feſſa choreis
Qualis in herboſo concidit appidano:
Talis uiſa mihi mollem ſpirare quietem
Cynthia non certis nixa caput manibus:
Ebria cum multo traherem ueſtigia baccho
Et quaterent ſera nocte facem pueri:
Hanc ego nundum etiam ſenſus deperditus omnes
Molliter impreſſo conor adire toro:
Et quamuis duplici correptum ardore iuberent
Hac amor: hac liber durus uterque deus:
Subiecto leuiter poſitam temptare lacerto

oſcula

Oſculaque admota ſumere & arma manu:
Non tamen auſus eram dominæ turbare quietem
Expertæ metuens iurgia ſæuetiæ:
Sed ſic intentis hærebam fixus ocellis
Argus ut ignotis cornibus inachidos:
Et modo ſoluebam noſtra de fronte corollas
Ponebamque tuis cynthia temporibus:
Et modo gaudebam lapſos formare capillos
Nunc furtiua cauis poma dabam manibus:
Omniaque ingrato largibar munera ſomno
Munera de prono ſæpe uoluta ſinu:
Et quotiens raro duxti ſuſpiria motu
Obſtupui uano credulus auſpicio:
Ne qua tibi inſolitos portarent uiſa timores
Ne ue quis inuitam cogeret eſſe ſuam:
Donec diuerſas percurrens luna feneſtras
Luna moraturis ſedula luminibus:
Compoſitos leuibus radiis patefecit ocellos
Sic ait in molli fixa toro cubitum:
Tandem te noſtro referens iniuria lecto
Alterius clauſis expulit e foribus:
Nãque ubi longa meæ conſumpſti tempora noctis
Languidus exactis hei mihi ſyderibus:
O utinam tales perducas improbe noctes
Me miſeram quales ſemper habere iubes:
Nam modo purpureo fallebam ſtamine ſomnum
Rurſus & orpheæ carmina feſſa lyræ:
Interdum leuiter mecum deſerta querebar
Externo longas ſæpe in amore moras:
Dum me iucundis lapſam ſopor intulit alis
Illa fuit lachrymis ultima cura meis:

AD BASSVM.

Q Vid mihi tam multas laudando baſſe puellas
Mutatum domina cogis abire mea?
Quid me non pateris uitæ quodcunque ſequetur
Hoc magis aſſueto ducere ſeruitio:
Tu licet antiopæ formam nicteidos & tu
Spartanæ referas laudibus hermionæ:
Et quaſcunque tulit formoſi temporis ætas
Cynthia non illas nomen habere ſinat:
Ne dum ſi leuibus fuerit collata figuris
Inferior duro iudice turpis eat:
Hæc ſed forma mei pars eſt extrema furoris
Sunt maiora quibus baſſe perire iuuat:
Ingenuus color & multis decus artibus: & quæ

Gaudia ſub tacita dicere ueſte libet:
Quo magis & noſtros contendis ſoluere amores
Hoc magis accepta fallit uterque fide:
Non impune feres ſciet hæc inſana puella
Et tibi non tacitis uocibus hoſtis erit:
Nec tibi me poſt hæc committet cynthia: nec te
Quæret: erit tanti criminis illa memor
Et te circum omnis alias irata puellas:
Deferet heu nullo limine carus eris:
Nullas illa ſuis contemnet fletibus aras:
Et qicunque ſacer qualis ubique lapis:
Non ullo grauius tentatur cynthia damno
Quam ſibi cum rapto ceſſat amore deus:
Præcipue noſtri maneat ſic ſemper adoro
Nec quicquam ex illa quod querar inueniam:

AD æmulum ſuum gallum

INuide tu tandem uoces compeſce moleſtas
Et ſine nos curſu quo ſumus ire pares.
Quid tibi uis inſane meos ſentire furores?
Infelix properas ultima noſce mali:
Et miſer ignotos ueſtigia ferre per ignes
Et bibere e tota toxica teſſalia:
Non eſt illa uagis ſimilis collata puellis
Molliter iraſci non ſolet illa tibi:
Quod ſi forte tuis non eſt contraria uotis
At tibi curarum milia quanta dabit:
Non tibi iam ſomnos: non illa relinquet ocellos
Illa feros animis alligat una uiros.
Ah mea contemptus quotiens ad limina curres
Quom tibi ſingultu fortia uerba cadent
Et tremulis moeſtus orietur fletibus horror
Et timor informem ducet in ore notam:
Et quæcunque uoles fugient tibi uerba querenti
Nec poteris qui ſis aut ubi noſſe miſer:
Tum graue ſeruitium noſtræ cogere puellæ
Diſcere & excluſum quid ſit abire domum:
Nec iam pallorem totiens mirabere noſtrum
Aut cur ſim toto corpore nullus ego:
Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti
Neſcit amor priſcis cedere imaginibus:
Quod ſi parua tuæ dederis ueſtigia culpæ
Quam cito de tanto nomine rumor eris:
Non ego tum potero ſolatia ferre roganti
Quum mihi nulla mei ſit medicina mali
Sed pariter miſeri ſocio cogemur amore
Alter i alterius mutua flere ſinu:

quare

Quare quid poſſit mea Cynthia deſine galle
Quærere:non impune illa rogata uenit.

AD TVLLVM.

NOn ego nunc adriæ uereor mare noſcere tecum
Tulle neque egeo ducere uella ſallo:
Cum quo riphæos poſſim conſcendere montes
Vlteriuſque domos uadere memnonias:
Sed me complexæ remorantur uerba puellæ
Mutatoque graues ſæpe colore preces:
Illa mihi totis argutat noctibus ignes
Et queritur nullos eſſe relicta deos:
Illa meam mihi iam ſe denegat:illa minatur:
Quæ ſolet irato triſtis amica uiro:
His ego non horam poſſum durare querelis:
Ah pereat:ſi quis lentus amare poteſt:
An mihi ſit tanti doctas cognoſcere athenas
Atque aſiæ ueteres cernere diuitias:
Vt mihi deducta faciat conuitia puppi
Cynthia:& inſanis ora notet manibus:
Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita uento
Et nihil infido durius eſſe uiro:
Tu patrui meritas conare anteire ſecures
Et uetera oblitis iura refer ſotiis:
Nam tua non ætas nunquam ſeruiuit amori
Semper at armatæ cura fuit patriæ:
Et tibi nonunq̃ noſtros puer iſte labores
Afferat:& lachrymis omnia nota meis:
Me ſine quem ſemper uoluit fortuna iacere
Hanc animam extremæ redere nequitiæ:
Multi longinquo periere in amore libenter
In quorum numero me quoque terra tegat:
Non ego ſum laudi:non natus:idoneus armis
Hanc me militiam fata ſubire uolunt:
At tu ſeu mollis qua tendit ionia:ſeu qua
Lydii pactoli tinguit aratra liquor:
Seu pedibus terras:ſeu pontum carpere remis
Ibis:& accepti pars eris imperii
Tum tibi ſi qua mei ueniet non immemor hora:
Viuere me duro ſydere certus eris:

AD PONTICVM.

CVm tibi cadmeæ dicuntur pontice thebæ
Armaque fraternæ triſtia militiæ:
Atque ita ſim felix primo contendis homero
Sint modo fata tuis mollia carminibus:
Nos ut conſuemus noſtros agitamus amores

Atque aliquid duram quærimus in dominam:
Nec tantum ingenio quantum ſeruire dolori
Cogor:& ætatis tempora dura quæri
Hic mihi conteritur uitæ modus:hæc mea fama eſt:
Hinc cupio nomen carminis ire mei:
Me laudent doctæ ſolum placuiſſe puellæ
Pontice & iniuſtas ſæpe tuliſſe minas:
Me legat aſſidue poſt hæc neglectus amator
Et proſint illi cognita noſtra mala:
Te quoque ſi certo puer hic concuſſerit arcu
Quod nolim noſtros euoluiſſe deos:
Longe caſtra tibi:longe miſer agmina ſeptem
Flebis in æterno ſurda iacere ſitu:
Et fruſtra cupies mollem componere uerſum
Nec tibi ſibiciet carmina ſæuus amor:
Tunc me non humilem mirabere ſæpe poetam
Tunc ego romanis præferar ingeniis
Nec poterunt iuuenes noſtro reticere ſepulchro:
Ardoris noſtri magne poeta iaces.
Tu caue noſtra tuo contemnas carmina faſtu
Sæpe uenit magno fænore tardus amor.

AD Cynthiam

TV ne igitur demens?nec te mea cura moratur?
An tibi ſum gelida uilior illyria.
Et tibi iam tanti quicunque eſt iſte uidetur
Vt ſine me uento quolibet ire uelis.
Tu ne audire potes ueſani murmura ponti?
Fortis & in dura naue iacere potes?
Tu pediqus teneris poſitas ſulcare pruinas
Tu potes inſolitas cynthia ferre niues
O utinam hybernæ duplicentur tempora brumæ
Et ſit iners tardis nauita uergiliis:
Nec tibi tyrrhena ſoluatur funis harena
Ne ue inimica meas eleuet aura preces.
Atque ego non uideam tales ſubſidere uentos
Cum tibi prouectas auferet unda rates:
Et me defixum uacua patiaris harena
Crudelem infeſta ſæpe uocare manu:
Sd quocunque modo de me periura mereris
Sit galathea tuæ non aliena uiæ:
Vt te felici uectam per cerula remo
Accipiat placidis orithos æquoribus:
Nam me non ullæ poterunt corrumpere de te
Quin ego uicta tuo lumine uerba querar?
Nec me deficiet nautas rogitare citatos
dicite quo

Dicite quo portu clauſa puella mea eſt:
Et dicam licet atraciis conſidat in cris
Et licet eleis illa futura mea eſt:
Hic erit: hic iurata manet rumpantur iniqui
Vincimus:aſſiduas non tellit illa preces:
Falſa licet cupidus deponat gaudia liuor
Deſtitit ire nouas cynthia noſtra uias:
Illi carus ego & per me cariſſima roma
Dicitur:& ſine me dulcia regna negat:
Illa uel anguſto mecum requieſcere lecto
Et quocunque modo maluit eſſe mea:
Quam ſibi dotatæ regnum uetus hippodamiæ
Et quas elis opes ante pararat equis:
Quamuis magna daret quamuis maiora daturus
Non tamen illa meos fugit auara ſinus:
Hanc ego non auro:non indis flectere conchis
Sed potui blandi carminis obſequio:
Sunt igitur muſæ:neque amanti tardus apollo
Quis ego fretus amo:Cynthia rara mea eſt:
Nunc mihi ſumma licet contingere ſydera plantis:
Siue dies ſeu nox uenerit illa mea eſt:
Nec mihi riualis certos ſubducet amores
Iſta meam norit gloria canitiem:

AD ſuum æmulum ponticum.

DIcebam tibi uenturos irriſor amores
Nec tibi perpetuo libera uerba fore:
Ecce iaces ſupplexque uenis ad iura puellæ
Et tibi nunc quouis imperat empta modo:
Non me chaoniæ uincant in amore columbæ
Dicere quos iuuenes quæque puella domet
Me dolor & lachrymæ merito fecere peritum:
Atque utinam poſito dicar amore rudis:
Quid tibi nunc miſero prodeſt graue dicere carmen?
Aut amphioniæ mœnia flere lyræ:
Plus in amore ualet mimnermi uerſus homero
Carmina manſuetus lenia quærit amor:
I quæſo & triſtis iſtos compone libellos
Et cane quod quæuis noſce puella uelit:
Quid ſi non eſſet facilis tibi copia?nunc tu
Inſanus medio flumine quæris aquam:
Nec dum etiam palles uero:nec tangeris igni
Hæc eſt uenturi prima fauilla mali:
Tum magis armenias cupies accedere tigres
Et magis inferne uincula noſſe rotæ:
Quam pueri totiens arcum ſentire medullis

Et nihil iratæ poſſe negare tuæ:
Nullus amor cuiq̃ faciles ita præbuit alas
Vt non alterna preſſerit ille manu:
Nec te decipiat quod ſit ſatis illa parata:
Acrius illa ſubit pontice ſi qua tua eſt.
Quippe ubi non liceat uacuos ſeducere ocellos
Nec uigilare:alio nomine cedat amor:
Qui non ante patet donec manus attigit oſſa
Quiſquis es aſſiduas aufuge blanditias:
Illis & ſilices & poſſunt cedere quercus
Ne dum tu poſſis ſpiritus ipſe leuis:
Quare ſi pudor eſt q̈primum errata fateri
Dicere quo pareas ſæpe in amore iuuat

AD GALLVM.

O Iucunda quies primo cum teſtis amori
Affueram ueſtris conſcius in lachrymis:
O noctem meminiſſe mihi iucunda uoluptas:
O quotiens uotis illa uocanda meis:
Cum te complexa morientem galle puella:
Vidimus:& longam ducere uerba moram:
Quamuis labentis premeret mihi ſomnus ocellos
Et mediis cælo luna ruberet equis:
Non tamen a ueſtro potui ſecedere luſu
Tantus in alternis uocibus ardor erat:
Sed quoniam non es ueritus concedere nobis:
Accipe commiſſæ munera læticiæ:
Non ſolum ueſtros didici reticere dolores
Eſt quiddam in nobis maius amice fide.
Poſſum ego diuerſos iterum coniungere amante
Et dominæ tardas poſſum aperire fores:
Et poſſum alterius curas ſanare recentis.
Nec leuis in uerbis eſt medicina meis:
Cynthia me docuit ſemper quæcunque petenda
Quæque cauenda forent:non nihil egit amor:
Tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ
Ne ue ſuperba loqui:ne ue tacere diu:
Neu ſi quid petiit ingrata fronte negaris:
Neu tibi pro uano uerba benigna cadant.
Irritata uenit quando contemnitur illa:
Nec meminit iuſtas ponere læſa minas:
At quo ſis humilis magis & ſubiectus amori
Hoc magis effecto ſæpe fruare bono:
Is poterit felix una remanere puella
Qui nunquam uacuo pectore liber erit.

AC CYNTHIAM.

ecquid

ECquid te mediis ceſſantem cynthia baiis
Qui iacet herculeis ſemita littoribus:
Et modo teſproti mirantem ſubdita regno
Proxima miſſenis æquora nobilibus:
Noſtri cura ſubit:memores adduceret noctes
Ecquis in extremo reſtat amore locus:
An te neſcio quis ſimulatis ignibus hoſtis
Suſtulit e noſtris Cynthia carminibus:
Atque utinam mage te remis confiſa minutis
Paruula lucrina cymba moretur aqua.
Aut teneat clauſam tenui teutantis in unda
Alterna facilis cedere lympha manu:
Quam uacet alterius blandos audire ſuſurros:
Molliter in tacito littore compoſitam:
Vt ſolet amoto labi cuſtode puella
Perfida communes nec meminiſſe deos:
Non quia perſpecta non eſt mihi cognita fama
Sed quod in hac omnis parte timetur amor:
Ignoſces igitur ſi quid tibi triſte libelli
Attulerint noſtri culpa timoris erit:
An mihi ſit maior caræ cuſtodia matris
Aut ſine te uitæ cura ſit ulla meæ:
Tu mihi ſoli domus tu Cynthia ſola parentes:
Omnia tu noſtræ tempora lætitiæ:
Seu triſtis ueniam:ſeu contra lætus amicis:
Quicquid ero dicam:Cynthia cauſa fuit:
Tu modo q̄primum corruptas deſere baias
Multis iſta dabunt littora diſidium:
Littora quæ fuerant caſtis inimica puellis
Ah pereant baiæ crimen amoris aquæ:

QVid mihi deſidiæ non ceſſas fingere crimen
Quod faciat nobis conſcia Roma moram
Tam multa illa meo diuiſa eſt milia lecto
Quantum hypanis ueneto diſſidet eridano:
Nec mihi conſuetos amplexu nutrit amores
Cynthia:nec noſtra dulcis in aure ſonat:
Olim gratus eram non illo tempore cuiquam
Contigit:ut ſimili poſſet amare fide:
Inuidiæ fuimus non me deus obruit an quæ
Lecta prometheis diuidit herba iugis:
Non ſum ego qui fueram mutat uia longa puellas
Quantus in exiguo tempore fugit amor:
Nunc primum longas ſolus cognoſcere noctes
Cogor & ipſe meis auribus eſſe grauis:
Felix qui potuit præſenti flere puellæ

Non nihil aſperſis gaudet amor lachrymi
Aut ſi deſpectus potuit mutare calores
Sunt quoque tranſlato gaudia ſeruitio:
Mi neque amare aliam neque ab hac diſcedere fas eſt
Cynthia prima fuit: cynthia finis erit.

AD GALLVM.

TV quod ſæpe ſoles: noſtro lætabere caſu
Galle: quod abrepto ſolus amore uacem:
At non ipſe tuas imitabor perfide uoces
Fallere te nunquam galle puella uellit:
Dum tibi deceptis augetur fama puellis
Certus & in nullo quæris amore moram:
Perditus in quadam tardis paleſcere curis
Incipis: & primo laſſus adire gradu:
Hæc erit illarum contempti pena doloris
Multarum miſeras exigit una uices:
Hæc tibi uulgares iſtos compeſcet amores
Nec noua quærendo ſemper amicus eris.
Hæc ego non rumore malo non augure doctus
Vidi ego: me quæſo teſte negare potes?
Vidi ego te toto uictum langueſcere collo
Et flere iniectis galle diu manibus:
Et cupere optatis animam deponere uerbis
Et quæ deinde meus cælat amice pudor:
Non ego complexus potui diducere ueſtros
Tantus erat demens inter utroſque furor:
Non ſic æmonio ſalmonida mixtus enipheo
Tenarius facili præſſit amore deus:
Nec ſic cæleſtem flagrans amor herculis heben
Senſit in oethæis gaudia prima iugis:
Vna dies omnis potuit præcurrere amantes
Nam tibi non tepidas ſubdidit illa faces:
Nec tibi præteritos paſſa eſt ſuccedere faſtus
Nec ſinet abduci: te tuus ardor aget:
Nec mirum cum ſit ioue digna & proxima ledæ
Et ledæ partu gratior una tribus:
Illa ſit inachiis & blandior heroinis
Illa ſuis uerbis cogat amare iouem:
Tu uero quoniam ſemel es periturus amore
Vtere: non alio lumine dignus eras:
Quæ tibi ſit felix: quoniam nouus incidit error
Et quodcunque uoles una ſit iſta tibi.

AD TVLLVM.

TV licet abiectus tiberina molliter unda
Leſbia mentoreo uina bibas opere:

Et modo tam celeres mireris currere lintres:
Et modo tam tardas funibus ire rates:
Et nemus omne ſatas intendat uertice ſyluas
Vrgetur quantis caucaſus arboribus:
Non tamen iſta meo ualeant contendere amori
Neſcit amor magnis cedere diuitiis:
Nam ſiue optatam mecum trahit illa quietem
Seu facili totum ducit amore diem:
Tunc mihi pactoli ueniunt ſub tecta liquores
Et legitur rubris gemma ſub æquoribus:
Tũ mihi ceſſuros ſpondent mea gaudia reges
Quæ maneant dum me fata perire uolent:
Nam quis diuitiis aduerſo gaudet amore
Nulla mihi triſti præmia ſunt uenere:
Illa poteſt magnas heroum infringere uires
Illa etiam duris mentibus eſſe dolor:
Illa neque arabium metuit tranſcendere limen
Nec timet oſtrino tulle ſubire toro
Et miſerum toto iuuenem uerſare cubili
Quid releuant uariis ſerica textilibus:
Quæ mihi dum placata aderit non ulla uerebor
Regna: nec alcinoi munera deſpicere:

AD CINTHIAM

SAepe ego multa tuæ leuitatis dura timebam
Hac tamen excepta cynthia perfidia:
Aſpice me quanto rapiat fortuna periclo
Tu tamen in noſtro lenta timore uenis
Et potes externos manibus componere crines
Et longa faciem querere deſidia:
Nec minus eois pectus uariare lapillis
Vt formoſa nouo quæ parat ire uiro:
At non ſic ithaci digreſſu nota calypſo
Deſertis olim fleuerat æquoribus:
Multos illa dies incomptis mœſta capillis
Sederat: iniuſto multa locuta ſalo:
Et quis nunquam poſthac uiſura dolebat
Illa tamen longe conſcia lætitiæ:
Alphiſiboea ſuos ulta eſt pro coniuge fratres
Sanguinis & cari uincula rupit amor:
Nec ſic æxonidem rapientibus anxia uentis
Hypſipyle uacuo conſtitit in thalamo:
Hypſiphyle nullos poſt illos ſenſit amores
Vt ſemel æ nonio tabuit hoſpitio:
Coniugis euanne miſeros elata per ignes
Occidit argiuæ fama pudiciciæ:

Quarum nulla tuos potuit conuertere mores
Tu quoque uti fieres nobilis hyſtoria?
Deſine iam reuocare tuis periuria uerbis
Cynthia: & oblitos parce mouere deos:
Audax ah nimium noſtro delitura periclo
Si quid forte tibi durius inciderit:
Multa prius uaſto labentur flumina ponto
Annus & inuerſas duxerit ante uices:
Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura
Sis quodcunque uoles non aliena tamen:
Quam mihi (ne uiles iſti uideantur ocelli
Per quos ſæpe mihi credita perfida eſt)
Hos tu iurabas ſi quid mentita fuiſſes
Vt tibi ſuppoſitis exciderent manibus:
Et contra magnum potes hos attollere ſolem?
Nec tremis admiſſæ conſcia nequitiæ
Quis te cogebat multos pallere colores
Et fletum inuitis ducere luminibus:
Quis ego nunc pereo ſimiles moniturus amantes
O nullis tutum credere blanditiis.

VERBA ianuæ conquerentis.

Q Væ fueram magnis olim patefacta triumphis
Ianua tarpeiæ nota pudiciciæ:
Cuius inaurati celebrarunt limina currus
Captorum lachrymis humida ſupplicibus:
Nunc ego nocturnis potorum ſaucia rixis
Pulſata indignis ſæpe quæror manibus:
Et mihi non deſunt turpes pendere corollæ
Semper: & excluſis ſigna iacere faces:
Nec poſſum infamis dominæ defendere noctes
Nobilis obſcenis tradita carminibus:
Nec tamen illa ſuæ reuocatur parcere famæ
Turpior & ſecli uiuere luxuria:
Has inter grauibus cogor deflere querelis
Supplicis a longis triſtior excubiis:
Ille meos nunquam patitur requieſcere poſtes
Arguta referens carmina blanditia:
Ianua uel domina penitus crudelior ipſa
Quid mihi tam duris clauſa taces foribus:
Cur nunquam reſerata meos admittis amores
Neſcia furtiuas reddere mota preces
Nulla ne finis erit noſtro conceſſa dolori
Triſtis & in tepido limine ſomnus erit:
Me mediæ noctes me ſydera plena iacentem
Frigidaque eoo me dolet aura gelu:

Tu ſola humanos nunquam miſerata dolores
Reſponde tacitis mutua cardinibus:
O utinam traiecta caua mea uocula rima
Percuſſas dominæ uertat in auriculas:
Sit licet & ſaxo patientior illa ſicano
Sit licet & ferro durior & calibe:
Non tamen illa ſuos poterit compeſcere ocellos
Surget & inuitis ſpiritus in lachrymis:
Nunc iacet alterius felici nixa lacerto
At mea nocturno uerba cadunt zephyro:
Sed tu ſola mei tu maxima cauſa doloris
Victa meis nunquam ianua muneribus:
Te non ulla meæ læſit petulantia linguæ
Quæ ſolet irato dicere tota loco:
Vt me tam longa raucum paciare querela
Solicitas triuio peruigilare moras:
At tibi ſæpe nouo deduxi carmina uerſu
Oſculaque impreſſis nixa dedi gradibus:
Ante tuos quotiens uerti me perfida poſtes
Debitaque occultis uota tuli manibus:
Hæc ille & ſi quæ miſeri nouiſtis amantes
Et matutinis obſtrepit alitibus:
Sic ego nunc dominæ uitiis & ſemper amantis
Fletibus æterna deferor inuidia:

AD CINTHIAM.

ET merito quoniam potui fugiſſe puellam
Nunc ego deſertas alloquor halcyonas:
Nec mihi caſſiope ſolito uiſura carinam
Omniaque ingrato littore uota cadunt:
Quin etiam abſenti proſunt tibi cynthia uenti:
Aſpice quam ſæuas increpat aura minas:
Nulla ne placatæ ueniet fortuna procellæ
Hæccine parua meum funus harena teget:
Tu tamen in melius ſæuas conuerte querelas
Sat tibi ſit pœnæ nox & iniqua uada:
An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis
Oſſaque nulla tuo noſtra tenere ſinu:
Ah pereat quicunque rates & uela parauit
Primus:& inuito gurgite fecit iter
Non ne fuit melius dominæ peruincere mores
Quamuis dura:tamen rara puella fuit:
Quam ſic ignotis circundata littora ſyluis
Cernere:& optatos querere tyndaridas:
Illic ſi qua meum ſepelliſſent fata dolorem
Vltimus & poſito ſtaret amore lapis:

Mollia compoſita littora fronde tegit:
At comes inuicti iuuenis proceſſerat ultra
Raram ſe poſiti quærere fontis aquam:
Hunc duo ſectari fratres aquilonia proles:
Hunc ſuper & zetis: hunc ſuper & calais:
Oſcula ſuſpenſis inſtabant carpere palmis
Oſcula & alterna ferre ſuppina fuga:
Ille ſub extrema pendens ſecluditur ala
Et uolucres ramo ſubmouet inſidias:
Iam pandioniæ ceſſet genus orithyiæ
Ha dolor ibat hylas: ibat amadryas hinc:
Hic erat argantonini ſub uertice montis
Grata domus nymphis humida thyniaſis:
Quam ſupra nullæ pendebant debita curæ:
Roſida deſertis poma ſub arboribus:
Et circum irriguo ſurgebant lilia prato
Candida purpureis mixta papaueribus:
Quæ modo decerpens tenero pueriliter ungui
Propoſito florem prætulit officio:
Et modo formoſis incumbens neſcius undis
Errorem blandis tardat imaginibus:
Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis
Innixus dextro plena trahens humero:
Cuius ut accenſæ dryades candore puellæ:
Miratæ ſolitos deſtituere choros:
Prolapſum leuiter facili traxere liquore
Tum ſonitum rapto corpore fecit hylas:
Cui procul alcides iterat reſponſa: ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert:
His o galle tuos monitis ſeruabis amores
Formoſum nymphis credere uiſus hylam:
Tu qui conſortem properas euadere caſum
Miles ab ætruſcis ſaucius aggeribus:
Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques?
Pars ego ſum ueſtræ maxima militiæ:
Sic te ſeruato ut poſſint gaudere parentes
Nec ſoror acta tuis ſentiat e lachrymis:
Gallum per medios ereptum cæſaris enſes:
Effugere ignotas non potuiſſe manus:
Et quicunque ſuper diſperſa inuenerit oſſa
Montibus ætruſcis hæc ſciat eſſe mea.

AD TVLLVM.

Qvalis & unde genus: qui ſint mihi tulle penates
Quæris pro noſtra ſemper amicicia.
Si peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulchra

Italiæ

Italiæ duris funera temporibus:
Cum romana ſuos egit diſcordia ciues
Sit mihi præcipue puluis etruſca dolor
Tu proiecta mei perpeſſa es membra propinqui
Tu nullo miſeri contegis oſſa ſalo:
Proxima ſuppoſito contingens umbria campo
Me genuit terris fertilis uberibus:

AD Mœcenatem. Liber Secundus.

QVæritis unde mihi totiens ſcribantur amores
Vnde meus ueniat mollis in ora liber:
Non mihi calliope non hæc mihi cantat apollo
Ingenium nobis ipſa puella facit:
Siue togis illam fulgentem incedere cœis
Hoc totum e cœa ueſte uolumen erit:
Seu uidi ad frontem ſparſos errare capillos
Gaudet laudatis ire ſuperba comis:
Siue lyræ carmen digitis percuſſit eburnis
Miramur faciles ut premat arte manus.
Seu quum poſcentes ſomnus declinat ocellos
Inuenio cauſas mille poeta nouas:
Seu nuda erepto mecum luctatur amictu
Tunc uero longas condimus iliadas:
Seu quicquid fecit ſiue eſt quodcunque locuta
Maxima de nihilo naſcitur hyſtoria:
Quid mihi ſi tantum mœcenas fata dediſſent
Vt poſſem heroas ducere in arma manus:
Non ego titanas canerem non oſſan olympo
Impoſitum:ut cæli pelion eſſet iter:
Non ueteres thebas nec pergama nomen homeri
Xerſis & imperio bina coiſſe uada:
Regna ue prima remi:aut animos carthaginis altæ
Cymbrorumque minas & benefacta mari:
Bellaque:reſque tui memorarem Cæſaris:& tu
Cæſare ſub magno cura ſecunda fores:
Nam quotiens mutinã aut ciuilia buſta philippos
Aut canerem ſiculæ claſſica bella fugæ:
Euerſoſque focos antiquæ gentis hetruſcæ
Et ptolomeæ littora capta fari:
Aut canerem egyptum:& nilum cum tractus in urbem
Septem captiuis debilis ibat aquis:
Aut regum auratis circundata colla cathenis
Actiaque in ſacra currere roſtra uia:
Te mea muſa illis ſemper contexeret armis

Et ſumpta & poſita pace fidele caput:
Theſeus infernis:ſuperis teſtatur achilles
Hic iſioniden:ille menoetiaden:
Sed neque phlegreos iouis encheladique tumultus
Intonet angusto pectore callimachus:
Nec mea conueniunt duro præcordia uerſu
Cæſaris in phrygios condere nomen auos:
Nauita de uentis:de tauris narrat arator:
Enumerat miles uulnera:paſtor oues:
Nos contra anguſto uerſantes prælia lecto
Qua pote quiſque in conterat arte diem:
Laus in amore mori:laus ſi datur altera uno
Poſſe frui:fruar o ſolus amore meo:
Si memini ſolet illa leues culpare puellas
Et totam ex helena non probat iliada
Seu mihi ſint tagenda nouercæ pocula phædræ:
Pocula priuignio non nocitura ſuo:
Seu mihi circæo pereundum eſt gramine:ſiue
Colchis colchiacis urat aena focis:
Vna meos quoniam prædata eſt fœmina ſenſus
Ex hac ducentur funera noſtra domo.
Omnes humanos ſanat medicina dolores
Solus amor morbi non amat artificem:
Tarda philoctetæ ſanauit crura machaon
Phœnicis chiron lumina phillyrides
Et deus extinctum creſis epidaurius herbis
Reſtituit patriis androgeona focis:
Myſus & hemonia iuuenis qua cuſpide uulnus
Senſerat hac ipſa cuſpide ſenſit opem:
Hoc ſi quis uitium potuit mihi demere ſolus
Tantalea poterit tradere poma manu:
Dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis
Ne tenera aſſidua colla grauentur aqua:
Idem caucaſea ſoluet de rupe promethei
Brachia:& a medio pectore pellet auem:
Quandocunque igitur uitam mea fata repoſcent
Et breue in exiguo marmore nomen ero
Mœcenas noſtræ ſpes inuidioſa iuuentæ:
Et uitæ & morti gloria iuſta meæ:
Si te forte meo ducet uia proxima buſto
Eſſeda cælatis ſiſte britanna iugis:
Taliaque illachrymans mutæ iace uerba fauillæ
Huic miſero fatum dura puella fuit.

AD CYNTHIAM.

liber eram

LIber eram & uacuo meditabar uiuere lecto
At me compoſita pace feſellit amor:
Cur hæc in terris facies humana moratur
Iuppiter? ignoro priſtina furta tua:
Fulua coma eſt: longæque manus: & maxima toto
Corpore: & incedit uel ioue digna ſoror:
Aut cum dulichias palas ſpaciatur ad aras
Gorgonis anguiferæ pectus operta comis:
Qualis & iſchomace laphitæ genus heroinæ
Centauris medio grata rapina mero:
Mercurio ſais fertur bœbeides undis
Virgineum primo compoſuiſſe latus:
Cedite etiam diuæ quas paſtor uiderat olim
Ideis tunicam ponere uerticibus:
Hanc utinam faciem nolit mutare ſenectus
Et ſi cumeæ ſæcula uatis aget:

AD IRRISOREM.

QVi nullum tibi dicebas iam poſſe nocere
Hæſiſti: cecidit ſpiritus ille tuus:
Vix unum potes infelix requieſcere menſem:
Et turpis de te iam liber alter erit:
Quærebam ſicca ſi poſſit piſcis harena
Nec ſolitus ponto uiuere toruus aper:
Aut ego ſi poſſem ſtudiis uigilare ſeueris:
Differtur nunquam tollitur ullus amor.
Nec me tam facies quamuis ſit candida cœpit
Lilia non domina ſint magis alba mea:
Et mæotica nix minio ſi certet hibero
Vtque roſæ puro lacte natant folia:
Nec de more comæ per leuia colla fluentes
Non oculis dominæ ſydera noſtra faces:
Nec ſi quæ arabio lucet bombice puella
Non ſum de nihilo blandus amator ego:
Quantum quod poſito formoſe ſaltat iacho
Egit ut euantes dux ariadna choros:
Et quantum æolio cum tentat carmina plectro
Par aganippeæ ludere docta lyræ:
Et ſua cum antiquæ committit ſcripta corinæ
Carmina quæ quiuis non putat æqua ſuis:
Num tibi naſcenti primis mea uita diebus
Aridus argutum ſternuit omen amor:
Hæc ubi contulerint cæleſtia munera diui
Hæc tibi ne matrem forte dediſſe putes:
Non non humani ſunt partus talia dona:
Iſta decem menſes non peperere bona:

Gloria romanis una es tu nata puellis
    Romano accumbens prima puella ioui:
Nec ſemper nobiſcum humana cubilia uiſes:
    Poſt helenam hæc terris forma ſecunda redit:
Hac ego non mirer ſi flagret noſtra iuuentus
    Pulcrius hac fuerat troia perire tibi:
Olim mirabar quod tanti ad pergama belli
    Europæ atque aſiæ cauſa puella fuit:
Nunc pari tu ſapiens & tu menelae fuiſti
    Tu quia poſcebas: tu quia lentus eras:
Digna quidem facies pro qua uel obiret achiles
    Vel priamus: belli cauſa probanda fuit:
Si quis uult fama tabulas anteire uetuſtas
    Hic dominam exemplo ponat in ante meam:
Siue illam heſperiis: ſiue illam oſtendit eois:
    Vret & eoos: uret & heſperios:
His ſaltem ut tenear iam finibus aut mihi ſi quis
    Acrius ut moriar uenerit alter amor:
Ac ueluti primo taurus detractat aratra
    Poſt uenit aſſueto mollis ad arua iuge:
Sic primo iuuenes trepidant in amore feroces
    Dehinc domiti poſt hæc equa & iniqua ferunt:
Turpia perpeſſus uates eſt uincla melampus:
    Cognitus hiphicli ſurripuiſſe boues:
Quem non lucra magis pero formoſa coegit:
    Mox amithaonia nupta futura domo:

AD AMANTEM.

MVlta prius dominæ delicta queraris opportet
    Sæpe roges aliquid ſæpe repulſus eas:
Et ſæpe immeritos corrumpas dentibus ungues
    Et crepitum dubio ſuſcitet ira pede:
Nequicquam perfuſa meis unguenta capillis
    Ibat & expenſo planta morata gradu:
Non hic herba ualet non hic nocturna citheis
    Non per medeæ gramina cocta manus:
Quippe ubi nec cauſas nec apertos cernimus ictus
    Vnde tamen ueniant tot mala cæca uia eſt:
Non eget hic medicis non lectis mollibus eger
    Huic nullum cæli tempus & aura nocet:
Ambulat & ſubito mirantur funus amici
    Sic eſt incautum quicquid habetur amor:
Nam cui non ego ſum fallaci præmia uati:
    Quæ mea non decies ſomnia uerſat anus:
Hoſtis ſi quis erit nobis amet ipſe puellas
    Gaudeat in puero ſi quis amicus erit:

Tranquillo tuta deſcendis flumine cimba
Quid tibi tam parui littoris unda nocet
Alter ſæpe uno mutat præcordia uerbo
Altera uix ipſo ſanguine mollis erit:

AD CYNTHIAM.

HOc uerum eſt tota te ferri cynthia roma
Et non ignota uiuere nequitia:
Hæc merui ſperare: dabis mihi perſida pœnas
Et nobis aquilo cynthia uentus erit:
Inueniam tamen e multis fallacibus unam
Quæ fieri noſtro carmina nota uelit:
Nec mihi tam duris inſultet moribus & te
Vindicet: heu ſero flebis amata diu:
Nunc eſt ira recens nunc eſt diſcedere tempus
Si dolor abfuerit crede redibit amor:
Non ita carpathiæ uariant aquilonibus undæ
Nec dubio nubes uertitur atra noto:
Quum facile irati uerbo mutantur amantes
Dum licet iniuſto ſubtrahe colla iugo:
Nec tu non aliquid ſed prima nocte dolebis
Omne in amore malum (ſi patiare) leue eſt
At tu per dominæ iunonis dulcia iura
Parce tuis animis uita nocere tibi:
Non ſolum taurus ferit uncis cornibus hoſtem
Verum etiam inſtanti læſa repugnat ouis:
Nec tibi periuro ſcindam de corpore ueſtes
Nec mea præcluſas fregerit ira fores:
Nec tibi connexos iratus carpere crines
Nec duris auſim lædere pollicibus:
Ruſticus hæc aliquis tam turpia prælia gerat
Cuius non hederæ circumiere caput:
Scribam igitur quod non unquam tua deleat ætas
Cynthia forma potens cynthia uerba leuis:
Crede mihi quamuis contemnas murmura famæ
Hic tibi pallori cynthia uerſus erit.

AD EANDEM.

NOn ita complebant ephyreæ laidos ædes
Ad cuius iacuit grecia tota fores:
Turba menandreæ fuerat nec thaidos olim
Tanta in qua populus luſit erichtonius
Nec quæ deletas potuit componere thebas
Phyrne: tam multis facta beata uiris:
Quum etiam falſos fingis tibi ſæpe propinquos
Oſcula nec deſunt qui tibi iure ferant:
Me iuuenum facies pictæ: me nomina lædunt:

Me tener in cunis:& ſine uoce puer:
Me lædet ſi multa tibi dabit oſcula mater
Me ſoror & cum qua dormis amica ſimul:
Omnia me lædent:timidus ſum ignoſce timori
Et miſer ĩ tunica ſuſpicor eſſe uirum:
His olim ut fama eſt uitiis ad prælia uentum eſt
His troiana uides funera principiis:
Aſpera centauros eadem dementia iuſſit
Frangere in aduerſum pocula pirithoum:
Cur exempla petam graium:tu criminis auctor
Nutritus duro romulæ lactæ lupæ:
Tu rapere in tactas docuiſti impune ſabinas
Per te nunc romæ quidlibet audet amor
Felix admeti coniunx:& lectus ulyſſis:
Et quæcunque uiri fœmina limen amat:
Templa pudiciciæ quid opus ſtatuiſſe puellis
Si cuius nuptæ quidlibet eſſe licet
Quæ manus obſcenas depinxit prima tabellas
Et poſuit caſta turpia uiſa domo?
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos
Nequitiæque ſuæ noluit eſſe rudes:
Ah gemat in terris iſta qui protulit arte
Iurgia ſub tacita condita lætitia
Non iſtis olim uariabant tecta figuris
Cum paries nullo crimine pictus erat:
Sed non immerito uelauit aranea phanum:
Et mala deſertos occupat herba deos:
Quos igitur tibi cuſtodes:quæ limina ponam?
Quæ nunq̃ ſupra pes inimicus eat?
Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia prodeſt
Quam peccare pudet cynthia tuta ſat eſt:
Nos uxor nunquam:nunquam me ducet amica
Semper amica mihi:ſemper & uxor eris.

AD CyNTHIAM.

GAuiſa eſt certe ſublatam cynthia legem
Qua quõdam edicta ſtemus uterque diu:
Ni nos diuideret quamuis diducere amantis
Non queat inuitos iuppiter ipſe duos:
At magnus cæſar:ſed magnus cæſar in armis
De uictæ gentes nil in amore ualent:
Nam citius paterer caput hoc diſcedere collo:
Quam p oſſem nuptæ perdere amore faces:
Aut ego tranſirem tua limina clauſa maritus
Reſpiciens udis perdita luminibus:
Ah mea tum qualis caneret tibi cynthia ſomnos

tibia

Tibia funeſta triſtior illa tuba.

AD AMICAM.

u Nde mihi patriis natos præbere triumphis
Nullus de noſtro ſanguine miles erit:
Et ſi uera meæ comitarent caſtra puellæ
Non mihi ſat magnus caſtoris iret equus:
Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen
Gloria ad hybernos lata boriſtenidas:
Tu mihi ſola places placeam tibi cynthia ſolus
Hic erit & patrio ſanguine pluris amor:

AD AMICAM.

e Ripitur nobis iam pridem cara puella
Et tu me lachrymas fundere amice uetas:
Nullæ ſunt inimiciciæ niſi amoris acerbæ:
Ipſum me iugula leuior hoſtis ero:
Poſſum ego in alterius poſitam ſpectare lacerto?
Nec mea dicetur quæ modo dicta mea eſt:
Omnia uertuntur: certe uertuntur amores
Vinceris aut uincis: hæc in amore rota eſt:
Magni ſæpe duces magni cecidere tyranni
Et thebæ ſteterant altaque troia fuit:
Munera quanta dedi uel qualia carmina feci
Illa tamen nunquam ferrea dixit amo:
Ergo iam multos nimium temerarius annos
Improba qui tulerim teque tuamque domum:
Et quando ire tibi liber ſum uiſus an uſque
In noſtrum iacies uerba ſuperba caput:
Sic igitur prima moriere ætate properti
Sed morere: interitu gaudeat illa tuo:
Exagitet noſtros manes ſectetur & umbras
Inſultetque rogis calcet & oſſa mea:
Quid non antigones tumulo boetius hæmon?
Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus.
Et ſua cum miſeræ permiſcuit oſſa puellæ
Qua ſine thebanam noluit ire domum:
Sed non efficies: mecum moriaris oportet
Hoc eodem ferro ſtilet uterque cruor:
Quamuis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura
Mors inhoneſta quidem tu moriere tamen:
Ille etiam abrepta deſertus coniuge achilles
Ceſſare in tectis pertulit arma ſua:
Viderat ille fuga tractos in littore achiuos
Feruere & hectorea dorica caſtra face:
Viderat informem multa patroclon harena
Porrectum. & ſparſas cæde iacere comas

Omnia formoſam propter briſeida paſſus
Tantus in erepto ſæuit amore dolor:
At poſtq̄ ſera captiua eſt reddita pœna
Fortem illum hæmoniis hectora traxit equis:
Inferior multo cum ſim uel marte uel armis
Mirum ſi de me iure triumphat amor:

AD AMICAM DE RIVALI.

Iste quod eſt: ego ſæpe fui: ſed fors & in hora
Hoc ipſo erepto carior alter erit:
Penelope poterat bis denos ſalua per annos
Viuere: tam multis fœmina digna procis:
Coniugium falſa poterat differre minerua
Nocturno ſoluens texta diurna dolo:
Viſura & quamuis nunquam ſperaret ulyſſem
Illum expectando facta remanſit anus:
Nec non exanimem amplectens briſeis achillem
Candida ueſana uerberat ora manu:
Et dominum lauit mœrens captiua cruentum
Appoſitum fluuiis in ſimoenta uadis:
Fædauitque comas & tanti corpus achillis
Maximaque in parua ſuſtulit oſſa manu:
Cum tibi nec peleus aderat nec cerula mater
Scyria nec uiduo deidamia uiro:
Tunc igitur caſtis gaudebat græcia natis
Tunc etiam felix inter & arma pudor:
At tu non una potuiſti nocte uacare
Impia: non ullum ſola manere diem:
Quin etiam multo duxiſti pocula luxu
Forſitan: & de me uerba fuere mala:
Hic etiam petitur qui te prius ipſe reliquit
Dii faciant iſto capta fruare uiro:
Hæc mihi uota tuam propter ſuſcepta ſalutem
Cum capite hoc ſtigiæ iam peterentur aquæ:
Et lectum flentes circunſtaremus amici
Hic ubi tum pro dii perfida quis ue fuit?
Quid ſi longinquos retinerer miles ad idos
Aut mea ſi ſtaret nauis in oceano?
Sed uobis facile eſt uerba & componere fraudes
Hoc unum didicit fœmina ſemper opus:
Non ſic incerto mutantur flamine ſyrtes
Nec folia hyberno tam tremefacta noto:
Quam cito fœminea non conſtat fœdus in ira
Siue ea cauſa grauis ſiue ea cauſa leuis:
Nunc quoniam iſta tibi placuit ſententia cedam:
Tela precor pueri promite acuta magis:

Figit: certantes atque hanc mihi ſoluite uitam
Sanguis erit nobis maxima palma meus:
Sydera ſunt teſtes & matutina pruina:
Eſt furtim miſero ianua aperta mihi:
Te nihil inuita nobis acceptius unquam:
Nunc quoque eris quamuis ſis inimica mihi:
Nec domina ulla meo ponet ueſtigia lecto
Solus ero quoniam non licet eſſe tuum:
Atque utinam ſi forte pios eduximus annos
Ille uir in medio fiat amore lapis:
Non ob hoc regna magis diris cecidere ſub armis
Thebani: media non ſine matre duces:
Quam mihi ſi media liceat pugnare puella:
Mortem ego non fugiam: morte ſubire tua:

SEd tempus luſtrare aliis helicona choreis
Et campum emonio iam dare tempus equo:
Iam libet & fortes memorare ad prælia turmas:
Et romana mei dicere caſtra ducis:
Quod ſi deficiant uires: audacia certe
Laus erit: in magnis & uoluiſſe ſat eſt:
Aetas prima canat ueneres: extrema tumultus
Bella canam quando ſcripta puella mea eſt:
Nunc uolo ſubducto grauior procedere uultu
Nunc aliam cytharam me mea muſa docet:
Surge anima ex humili iam carmina ſumite uires
Pierides magni nunc erit oris opus:
Iam negat euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum & craſſos ſe timuiſſe dolet:
India quis auguſte tuo dat colla triumpho
Et domus intactæ te tremit arabiæ:
Et ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahit oris
Sentiet illa tuas poſtmodo capta manus:
Hæc ego caſtra ſequar uates tua caſtra canendo
Magnus ero: ſeruent hunc mihi fata diem:
Vt caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis
Ponitur hic imos ante corona pedes:
Sic nos nunc inopes laudis conſcendere carmen
Pauperibus ſacris uilia thura damus:
Nundum etiam aſcræos norunt mea carmina fontes
Sed modo permeſſi flumine lauit amor:

AD EANDEM.

SCribant de te alii uel ſis ignota licebit:
Laudet qui ſterili ſemina ponit humo:
Omnia (crede mihi) tecum uno munera lecto

Auferet extremi funeris atra dies:
Et tua tranſibit contemnens oſſa uiator:
Nec dicet cinis hic docta puella fuit.

DE AMORE.

QVicunque ille fuit primus qui pinxit amorem
Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?
Hic primum uidit ſine ſenſu uiuere amantes
Et leuibus curis magna perire bona:
Idem non fruſtra uentoſas addidit alas
Fecit & humano corde uolare deum:
Scilicet alterna quoniam iactamur in unda
Noſtraque non ullis permanet aura locis:
Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis
Et pharetra ex humero gnoſia utreque iacet:
Ante ferit quoniam tuti quam cernimus hoſtem:
Nec quiſquam ex illo uulnere ſanus abit:
In me tela manent:manet & puerillis imago
Sed certe pennas perdidit ille ſuas:
Euolat e noſtro quon iam de pectore nuſq̃
Aſſiduuſque meo ſanguine bella gerit:
Quid tibi iucundum ſiccis habitare medullis?
Si puer eſt alio traiice puella thoro
Intactos iſto ſatius tentare ueneno
Non ego:ſed tenuis uapulat umbra mea:
Quam ſi perdideris quis erit qui talia cantet
Hæc mea muſa leuis gloria magna tua eſt:
Qui caput & digitos:& lumina nigra puellæ
Et canit ut ſoleant molliter ire pedes.

DE EODEM.

NOn tot achæmeniis armantur etruſca ſagittis
Spicula:quot noſtro pectore fixit amor:
Hic me tam graciles uetuit contemnere muſas
Iuſſit & aſcræum ſic habitare nemus:
Non ut pieriæ quercus mea uerba ſequantur
Aut poſſim hiſmaria ducere ualle feras:
Sed magis ut noſtro ſtupefiat cynthia uerſu
Tunc ego ſim inachio notior arte lino:
Non ego ſum formæ tantum mirator honeſtæ
Nec ſi qua illuſtres fœmina iactat auos:
Me iuuet in gremio doctæ legiſſe puellæ:
Auribus & puris ſcripta probaſſe mea:
Hæc ubi contigerint populi confuſa ualeto
Fabula:nam domina iudice tutus ero:
Quod ſi forte bonas ad pacem uerterit aures
Poſſum inimicitias tunc ego ferre iouis:

Quandocunque igitur noſtros mors claudet ocellos
Accipe quæ ſerues funeris acta mei:
Nec mea tunc longa ſpacietur imagine pompa
Nec tuba ſit fati uana querela mei:
Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno
Nec ſit in attalico mors mea nixa toro:
Deſit odoriferis ordo mihi lancibus adſit
Plebei paruæ funeris exequiæ:
Sat mea ſit magna ſi tres ſint pompa libelli
Quos ego perſephone maxima dona feram:
Tu uero nudum pectuſ lacerata ſequeris
Nec fueris nomen laſſa uocare meum:
Oſculaque in gelidis pones ſuprema labellis
Cum dabitur. ſyrio munere plenus onix:
Deinde ubi ſuppoſitus cinerem me fecerit ardor
Accipiat manes paruula teſta meos:
Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto
Quæ tegat extincti funeris umbra locum:
Et duo ſint uerſus qui nunc iacet arida puluis
Vnius hic quondam ſeruus amoris erat:
Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulchri
Quam fuerant phtii buſta cruenta uiri:
Tu quoque ſi quando uenies ad fata memento
Hoc iter ad lapides cana ueni memores:
Interea caue ſis nos aſpernata ſepultos
Non nihil ad uerum conſcia terra ſapit:
Atque utinam primis animam me ponere cunis
Iuſiſſet quæuis de tribus una ſoror:
Nam quo tam dubiæ ſeruetur ſpiritus horæ
Neſtoris eſt uiſus poſt tria ſecla cinis:
Quis tam longeuæ meminiſſet fata ſenectæ
Gallicus iliacis miles in aggeribus:
Non ille antiloci uidiſſet corpus humati
Diceret aut o mors cur mihi ſera uenis:
Tu tamen amiſſo nonunquam flebis amico
Fas eſt præteritos ſemper amare uiros:
Teſtis qui niueum quondam percuſſit adonem
Venantem idalio uertice durus aper:
Illis formoſum iacuiſſe paludibus: illuc
Diceris effuſa tu uenus iſſe coma:
Sed fruſtra mutos reuocabis cynthia manes:
Nam mea quid poterunt oſſa minuta loqui

LETATVR ꝙ amica potitus ſit.
N On ita dardanio gauiſus atrida triumpho
Cum caderent magnæ laumedontis opes:

Nec ſic errore exacto lætatus ulyſſes
Cum tetigit caræ littora dulichiæ:
Nec ſic electra ſuum ſaluum cum aſpexit oreſtem
Cuius falſa tenens fleuerat oſſa ſoror:
Nec ſic incolumem minois theſea uidit
Dædalium lino cum duce rexit iter:
Quanta ego præterita collegi gaudia nocte
Immortalis ero ſi altera talis erit:
At dum demiſſis ſupplex ceruicibus ibam
Dicebar ſicco uilior eſſe lacu:
Nec mihi iam faſtus opponere quærit iniques
Nec mihi ploranti lenta ſedere poteſt:
Atque utinam non tam ſero mihi nota fuiſſet
Conditio: cineri nunc medicina datur:
Ante pedes cæcis lucebat ſemita nobis
Scilicet inſano nemo in amore uidet:
Hoc ſenſi prodeſſe magis: cōtemnite amantes:
Sic hodie ueniet ſi qua negauit heri:
Pulſabant alii fruſtra: dominamque uocabant
Mecum habuit poſitum lenta puella caput:
Hæc mihi deuictis potior uictoria parthis
Hæc ſpolia: hæc reges: hæc mihi currus erunt.
Magna ego dona tua figam cytherea colūna
Taleque ſub noſtro nomine carmen erit:
Has pono ante tuas tibi diua propertius ædes
Exuuias: tota nocte receptus amans:
Nunc ad te mea lux ueniet mea littore nauis
Seruata: in mediis ſidat honuſta uadis:
Et ſi forte aliqua nobis mutabere culpa
Veſtibulum iaceam mortuus ante tuum.

EXPLICAT uoluptates ſuas cum amica

O Me felicem: o nox mihi candida: & o tu
Lectule deliciis facte beate meis:
Quam multa appoſita narramus uerba lucerna
Quantaque ſublato lumine rixa fuit:
Nam modo nudatis mecum eſt luctata papillis
Interdum tunica duxit operta moram:
Illa meos ſomno laſſos patefecit ocellos
Ore ſuo: & dixit ſiccine lenta iaces:
Quam uario amplexu mutamus brachia: quantum
Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis:
Non iuuat in cæco uenerem corrumpere motu
Si neſcis oculi ſunt in amore duces:
Ipſe paris nuda fertur periiſſe lacena:
Cum menelaæo ſurgeret e thalamo:

nudus

Nudus & endymion phœbi cepiſſe ſororem
Dicitur & nudæ concubuiſſe deæ:
Quod ſi pertendens animo ueſtita cubare
Sciſſa ueſte meas experiere manus:
Quinetiam ſi me ulterius prouexerit ira
Oſtendes matri brachia læſa tuæ:
Nec dum inclinatæ prohibent te ludere mammæ
Viderit hæc ſi quam iam peperiſſe pudet:
Dum nos fata ſinunt oculos ſatiemus amore
Nox tibi longa uenit nec reditura dies:
Atque utinam hærentes ſic nos uincire cathena
Velles ut nunquam ſolueret ulla dies:
E&emplo iunctæ tibi ſint in amore columbæ
Maſculus & totum fœmina coniugium:
Errat qui finem ueſani quærit amoris
Verus amor nullum nouit habere modum:
Terra prius falſo partu deludet arantes
Et citius nigros ſol agitabit equos:
Fluminaque ad caput incipient reuocare liquores
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit:
Quam poſſim noſtros alio transferre dolores
Huius ero uiuus mortuus huius ero:
Quod mihi ſi tecum tales concedere noctes
Illa uelit: uitæ longus & annus erit:
Si dabit hæc multas fiam immortalis in illis
Nocte una quiuis uel deus eſſe poteſt:
Qualem ſi cuncti uelent decurrere uitam:
Et preſſi multo membra iacere mero:
Non ferrum crudele eſſet neque bellica nauis
Nec noſtra actiacum uerteret oſſa mare:
Nec totiens propriis circum opugnata triumphis
Laſſa foret crines ſoluere roma ſuos:
Hæc certe merito poterunt laudare minores
Læſerunt nullos pocula noſtra deos:
Tu modo dum licet hunc fructum ne deſere uitæ
Omnia ſi dederis oſcula pauca dabis:
At ueluti folia arentes liquere corollas:
Quæ paſſim calathis ſtrata natare uides:
Sic nobis qui nunc magnum ſperamus amantes
Forſitan includet craſtina fata dies.

AD CYNTHIAM.

PRætor ab illyricis uenit modo cynthia terris
Maxima præda tibi: maxima cura mihi:
Non potuit ſaxo uitam poſuiſſe ceraunio
Ah neptune tibi qualia dona darem:

Nunc ſine me plena fiunt conuiuia menſa
Nunc ſine me tota ianua nocte patet:
Quare ſi sapis oblatas ne deſere meſſes
Et ſtolidum pleno uellere carpe pecus:
Deinde ubi conſumpto reſtabit munere pauper
Dic alias iterum nauiget ilyrias:
Cynthia non ſequitur faſces nec curat honores
Semper amatorum ponderat illa ſinus:
At tu nunc noſtro uenus o ſuccurre dolori
Rumpat ut aſſiduis membra libidinibus:
Ergo muneribus quiuis mercatur amorem
Iuppiter indigna merce puella perit:
Semper in oceanum mittit me querere gemmas
Et iubet ex ipſo tollere dona tyro:
Atque utinam romæ nemo eſſet diues & ipſe
Straminea poſſet dux habitare caſa:
Nunquam uenales eſſent ad munus amicæ
Atque una fieret cana puella domo:
Non quia ſeptenas noctes ſeinncta cubares
Candida tam fœdo brachia fuſa uiro:
Non quia peccarim teſtor te:ſed quia uulgo
Formoſis leuitas ſemper amica fuit:
Barbarus excluſis agitat ueſtigia lumbis
Et ſubito felix nunc mea regna tenet:
Aſpice quid donis eriphyla inuenit amatis
Arſerit & quantis nupta creuſa malis:
Nulla ne ſedabit noſtros iniuria fletus
An dolor hic uitiis neſcit abeſſe ſuis:
Tot iam abiere dies cum me nec cura theatri
Nec tetigit campi nec mea muſa iuuat:
Ah pudeat certe:pudeat niſi forte quod aiunt
Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet:
Cerne ducem modo qui fremitu compleuit inani
Actia damnatis æquora militibus:
Hunc infamis amor uerſis dare terga carinis
Iuſſit:& externo querere in orbe fugam:
Cæſaris hæc uirtus & gloria cæſaris hæc eſt
Illa qua uicit condidit arma manu:
Sed quaſcunque tibi ueſtes quoſcunque ſmaragdos
Quos ue dedit flauo lumine chryſolithos:
Hæc uideam rapidas inuanum frrre procellas
Quæ tibi terra uelim quæ tibi fiet aqua:
Non ſemper placidus periuros ridet amantes
Iuppiter:& ſurda negligit aure preces:
Vidiſtis toto ſonitus percurrere cælo

flumia

Fluminaque ætherea deſiluiſſe domo:
Non hæc pleiades faciunt neque aquoſus orion
Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit:
Periuras tunc ille ſolet punire puellas
Deceptus quoniam fleuit & ipſe deus:
Quare ne tibi ſit tanti ſidonia ueſtis
Vt timeas quotiens nubilis auſter erit:

DE EXCLVSIONE.

Mentiri noctem: promiſſis ducere amantem:
Hoc erit infectas ſanguine habere manus
Horum ego ſum uates quotiens deſertus amaras
Expleui noctes fractus utroque toro:
Vel tu tantalia moueare ad flumina ſorte
Vt liquor arenti fallat ab ore ſitim:
Vel tu ſiſyphios licet admirere labores
Difficile ut toto monte uolutet onus:
Durius in terris nihil eſt quod uiuat amante
Nec modo ſi ſapias quod minus eſſe uelis:
Quem modo felicem inuidia admirante ferebant
Nunc decimo admittor uix ego quoque die:
Nunc iacere e duro corpus iuuat impia ſaxo
Sumere & in noſtras trita uenena manus:
Nec licet in triuiis ſicca requieſcere luna
Aut per rimoſas mittere uerba fores:
Quod quamuis ita ſit dominam mutare cauebo
Tum flebit cum in me ſenſerit eſſe fidem:

AD CYNTHIAM.

Aſſidue multis odium peperere querelæ
Frangitur in tacito fœmina ſæpe uiro:
Si quid uidiſti ſemper uidiſſe negato
Aut ſi quid doluit forte dolere nega:
Quid ſi iam canis ætas mea candeat annis?
Et faceret ſciſſas languida ruga genas:
An non tithoni ſpernens aurora ſenectam
Deſertum eoa paſſa iacere domo eſt:
Illum ſæpe ſuis decedens fouit in undis
Quam prius adiunctos ſedula lauit equos:
Illum ad uicinos cum amplexa quieſceret indos
Maturos iterum eſt queſta redire dies:
Illa deos currum conſcendens dixit iniquos
Inuitum & terris præſtitit officium:
Cum maiora ſenis tithoni gaudia uiui
Quam grauis amiſſo memnone luctus erat:
Cum ſene non puduit talem dormire puellam
Et canæ totiens oſcula ferre comæ:

At tu etiam iuuenem odiſti me perfida: cum ſis
Ipſa anus haud longa curua futura die:
Quin ego diminuo curam? quod ſæpe cupido
Huic malus eſſe ſolet cui bonus ante fuit:
Nunc etiam infectos demens immitare britannos
Ludis & extremo tincta nitore caput:
Vt natura dedit ſic omnis recta figura
Turpis romano belgicus ore color:
Illi ſub terris fiant mala multa puellæ
Quæ mentita ſuas uertit inepta comas:
De me mi certe poteris formoſa uideri
Mi formoſa ſatis ſi modo ſæpe uenis:
An ſi ceruleo quedam ſua tempora fuco
Tinxerit idcirco cerula bona forma eſt:
Cum tibi nec frater: nec ſit tibi filius ullus
Frater & ego tibi ſim: filius unus ego:
Iſte tuus ſemper tibi ſit cuſtodia lectus
Nec nimis ornata fronte ſedere uelis:
Credam ego narranti noli committere famæ
Et terram rumor tranſilit & maria.

AD CYNTHIAM.

ET ſi me inuito diſcedis cynthia roma
Lætor quod ſine me deuia rura colis:
Nullus erit caſtis iuuenis corruptor in agris
Qui te blanditiis non ſinat eſſe probam.
Nulla neque ante tuas orietur rixa feneſtras
Nec tibi clamatæ ſomnus amarus erit:
Sola eris: & ſolos ſpectabis cynthia moutes
Et pecus & fines pauperis agricolæ:
Il c te nulli poterunt corrumpere ludi
Phanaque peccatis plurima cauſa tuis:
Illic aſſidue tauros ſpectabis arantes
Et uitem docta ponere falce comas:
Atque ibi rara feres inculto thura ſacello
Hædus ubi agreſtes corruet ante focos:
Protinus & nuda choreas imitabere ſura:
Omnia ab extremo ſint modo tuta uiro:
Ipſe ego uenabor iam nunc me ſacra dianæ
Suſcipere & ueneri ponere uota iuuat:
Incipiam captare feras & reddere pini
Cornua: & audaces ipſe monere canes:
Non tamen ut uaſtos auſim tentare leones
Aut celer agreſtes cominus ire ſues:
Hæc igitur mihi ſit lepores audacia molles
Excipere: & ſtricto figere auem calamo:

qua

Qui formoſa ſuo clitumnus flumina luco
Integit:& niueos abluit unda boues
Tu quotiens aliquid conabere uita memento
Venturum paucis me tibi luciferis:
Sic me nec ſolæ poterunt auertere ſyluæ
Nec uaga muſcoſis flumina fuſa iugis:
Quin ego in aſſidua mutem tua nomina lingua
Abſenti nemo ne nocuiſſe uelit:

AD CYNTHIAM.

QVid fles abducta grauius briſeide? quid fles
Anxia captiua triſtius andromacha?
Quid ue mea de fraude deos inſana fatigas?
Quid quereris noſtram ſic cecidiſſe fidem?
Non tam nocturna uolucris funeſta querela
Attica cecropiis obſtrepit in foliis:
Nec tantum niobæ bis ſex ad buſta ſuperbæ
Solicito lachrymas defluit a ſypilo:
Me licet æratis aſtringant brachia nodis
Sint mea uel danaes condita membra modo:
In te ego & æratas rumpam mea uita catenas
Ferratam danaes tranſiliamque domum:
De te quodcunque ad ſurdas mihi dicitur aures
Tu modo ne dubita de grauitate mea:
Oſſa tibi iuro per matris & oſſa parentis
Si fallo cinis heu ſit mihi uterque grauis:
Me tibi ad extremas manſurum uita tenebras
Ambos una fides auferet unda dies:
Quod ſi nec nomen:nec me tua forma teneret
Poſſet ſeruitium mite tenere tuum:
Septima iam plenæ deducitur orbita lunæ
Cum de me & de te compita nulla tacent:
Interea nobis nonunquam ianua mollis
Nonnunquam lecti copia facta tui:
Nec mihi muneribus nox ulla eſt empta beatis
Quicquid eram hoc animi gratia magna tui:
Cum te tam multi peterent:tu me una petiſti
Poſſum ego naturæ non meminiſſe tuæ:
Tum me uel tragicæ uexetis erinnydes:& me
Inferno damnes eacæ iudicio:
Atque inter ticyi uolucres mea pœna uagetur:
Tumque ego ſiſyphio ſaxa labore geram:
Nec tu ſupplicibus me ſis uenerata tabellis
Vltima talis erit quæ mea prima fides:
Hoc mihi perpetuo ius eſt quod ſolus amator
Nec cito deſiſto:nec temere incipio:

AD CyNTHIAM.

AH quantum de me panthi tibi pagina ſinxit
Tantum illi pantho ne ſit amica uenus:
Sed tibi iam uideor dodona uerior augur:
Vxorem ille tuus pulcher amator habet:
Tot noctes perire nihil pudet:aſpice cantat
Liber:tu nimium credula ſola iaces:
Et nunc inter eos tu ſermo es:te ille ſuperbus
Dicit ſe inuito ſæpe fuiſſe domi:
Diſpeream ſi quicquam aliud q̄ gloria de te
Quæritur:has laudes ille maritus habet:
Colchida ſic hoſpes quondam decepit iaſon
Eiecta eſt tenuis nanque creuſa domo:
Sic a dulichio iuuene eſt eluſa calypſo
Vidit amatorem pandere uela ſuum:
Ah nimium faciles aurem prebere puellæ
Diſcite deſerte non temere eſſe bonæ
Huic quoque qui reſtat iam pridem quæritur alter:
Experta in primo ſtulta cauere potes:
Nos quocunquæ loco nos omni tempore tecum
Siue ægra pariter:ſiue ualente ſumus

AD HEREMVM.

SCis heremi multas parite placuiſſe puellas
Scis mihi demophoon multa uenire mala:
Nulla mihi fruſtra luſtrantur compita plantis
O nimis exitio nata theatra meo:
Siue aliquis molli deducit candida geſtu
Brachia:ſeu uarios incinit ore modos:
Interea noſtri querunt ſibi uulnus ocelli
Candida non tecto pectore ſi qua ſedet:
Siue uagi crines puris in frontibus errant
Indica quos medio uertice gemma tenet
Quæ ſi forte aliquid uultu mihi dura negarat
Frigida de tota fronte cadebat aqua
Quæris demophoon cur ſim tam mollis in omnes
Quod quæris quare non habet ullus amor:
Cur aliquis ſacris laniat ſua brachia cultris?
Et phrigis inſanos ceditur ad numeros:
Vnicuique dedit uitium natura creato
Mi fortuna aliquid ſemper amare dedit:
Me licet & thamyræ cantoris fata ſequantur
Nunquam ad formoſas inuide cæcus ero
Sed tibi ſi exiles uideor tenuatus in artus
Falleris:haud unquam eſt culta labore uenus
Percontere licet:ſæpe eſt experta puella

Officium tota nocte ualere meum:
Iuppiter alcinenæ geminas requieuerat arctos
Et cælum noctu bis ſine rege fuit:
Nec tamen idcirco languens ad fulmina uenit
Nullus amor uires eripit ipſe ſuas:
Quid cum e complexu briſeidos iret achilles
Num fugere minus theſſala tela phryges?
Quid ferus endromachæ lecto cum ſurgeret hector
Bella micenaeæ non timuere rates?
Ille uel hic claſſes poterat: uel perdere muros
Hic ego pelides hic ferus hector ego:
Aſpice uti cælo modo ſol modo luna miniſtret
Sic etiam nobis una puella parum eſt:
Altera me cupidis teneat foueatque lacertis
Altera ſi quando eſt non ſinat eſſe locum:
Aut ſi forte irata meo ſit facta miniſtro
Vt ſciat eſſe aliam quæ uelit eſſe mea:
Nam melius duo defendunt retinacula nauem
Tutius & geminos anxia mater alit:
Aut ſi es dura nega ſin es non dura uenito
Quid iuuat & nullo ponere uerba loco:
Hic unus dolor eſt ex omnibus acer amanti
Speranti ſubito ſi qua uenire negat:
Quanta illum toto uerſant ſuſpiria lecto
Cui recipi quæ non nouerit illa uetat:
Et rurſum puerum querendo audita fatigat
Quem quæ ſcire timet quærere plura iubet.

DE AMORIS SERVITVTE·

QVi fuit indocti fugienda & ſemita uulgi
Ipſa petita lacu nunc mihi dulcis aqua eſt:
Ingenuus quiſque alterius dat munera ſeruo
Vt promiſſa ſuæ uerba ferat dominæ:
Et querit totiens quæ nam nunc porticus illam
Integit: & campo quo mouet illa pedes:
Deinde ubi pertuleris quos dicit fama labores
Herculis: & ſcribat muneris ecquid habes?
Cernere uti poſſis uultum cuſtodis amari
Captus & in nuda ſæpe latere caſa:
Quam care ſemel in toto nox uertitur anno
Ah pereant ſi quos ianua clauſa iuuat:
Contra reiecto quæ libera uadit amictu
Cuſtodum & nullo ſepta timore placet:
Cui ſæpe immundo ſacra conteritur uia ſocco
Nec ſinit eſſe moram ſi quis adire uelit:
Differt hæc nunquam nec poſſet garrula quæ te

Aſtrictus ploret ſæpe dediſſe pater:
Nec dicet timeo:propera iam ſurgere quæſo
Infelix hodie uir mihi rure uenit:
Et quas euphrates:& quas mihi miſit orontes
Me capiant:nolim furta pudica teri
Libertas quoniam nulli iam reſtat amanti
Nullus liber erit ſiquis amare uolet.

AD CYNTHIAM.

TV loqueris cum ſit iam noto fabula libro
Et tua ſit toto cynthia lecta foro:
Cui non his uerbis aſpergat tempora ſudor?
Aut pudor ingenuus:aut reticendus amor:
Quod ſi tam facilis ſpiraret cynthia nobis:
Non ego nequitiæ dicerer eſſe caput:
Nec ſic per totam infamis traducerer urbem
Vreret & quamuis nomine uerba darem
Quare ne tibi ſit mirum me quærere uiles
Partius infamant:num tibi cauſa leuis?
Et modo pauonis caudæ flabella ſuperbæ
Et manibus dura frigus habere pila
Et cupit iratum tallos me poſcere eburnos
Quæque nitent ſacra uilia dona uia:
Ha peream ſi me iſta mouent diſpendia ſed me
Fallaci dominæ iam pudet eſſe iocum:
Hoc erat in primis quod me gaudere iubebas
Tam te formoſam non pudet eſſe leuem?
Vna aut altera nox nũdũ eſt in amore peracta
Et dicor lecto iam grauis eſſe tuo:
Me modo laudabas:& carmina noſtra legebas
Ille tuus pennas tam cito uertit amor:
Contendat mecum ingenio:contendat & arte
Imprimis una diſcat amare domo:
Si libitum tibi erit lernæaspugnet ad hydras
Et tibi ab heſperio mala dracone ferat:
Tetra uenena libens & naufragus ebibat undas
Et nunquam pro te deneget eſſe miſer:
Quos utinam in nobis uita experiare labores
Iam tibi de timidis iſte proteruus erit:
Qui nunc ſe in tumidum iactando uenit honorem
Diſſidium uobis proximus annus erit:
At me non ætas mutabit tota ſybillæ
Non labor alcidæ non niger ille dies:
Tu mea compones & dices oſſa properti
Hæc tua ſunt:heu heu tu mihi certus eras:
Certus eras heu heu:quamuis nec ſanguine auito

Nobilis & quamuis nauita diues eras:
Nil ego non patiar nunquam me iniuria mutat
Ferre ego formoſam nullum onus eſſe puto:
Credo ego non paucos iſta periiſſe figura
Credo ego ſed multos non habuiſſe fidem:
Paruo dilexit ſpacio minoida theſeus
Phyllida demophoon: hoſpes uterque malus:
Iam tibi iaſonia nota eſt medea carina
Et modo ſeruato ſola relicta uiro:
Dura eſt quæ multis ſimulatum fingit amorem
Et ſe plus uni ſi qua parare poteſt:
Noli nobilibus: noli conferre beatis:
Vix uenit extremo qui legit oſſa die:
Ii tibi nos erimus: ſed tu potius precor ut me
Demiſſis plangas pectora nuda comis:

AD AMICAM.

Vnica nata meo pulcherrima cura dolori
Excludit quoniam ſors mea ſæpe: ueni:
Iſta meis fiet notiſſima forma libellis
Calue tua uenia: pace catulle tua
Miles depoſitis annoſus ſecubat armis
Grandeuique negant ducere aratra boues:
Putris & in uacua requieſcit nauis arena
Et uetus in templo bellica parma uacat:
At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus
Siue ego tithonus ſiue ego neſtor ero:
Nonne fuit ſatius duro ſeruire tyranno
Et gemere in tauro ſæpe perille tuo:
Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere uultu
Caucaſias etiam ſi pateremur aues:
Sed tamen obſiſtam teritur rubigine mucro
Ferreus: & paruo ſæpe liquore ſilex:
At nullo dominæ teritur ſub limine amor: qui
Reſtat: & immerita ſuſtinet aure minas:
Vltro contemptus rogat: & peccaſſe fatetur
Læſus & inuitis ipſe redit pedibus:
Tu quoque qui pleno faſtus aſſumis amore
Credule nulla diu fœmina pondus habet:
An quiſquam in mediis perſoluit uota procellis
Cum ſæpe in portu fracta carina natet:
Aut prius infecto depoſcit premia curſu
Septima quam metam triuerit ante rota:
Mendaces ludunt flatus in amore ſecundi
Si qua uenit ſero magna ruina uenit:
Tu tamen interea quamuis te diligat illa

In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu:
Nanque in amore ſuo ſemper ſua maxima cuique
Neſcio quo pacto uerba nocere ſolent:
Quamuis te perſæpe uocet ſemel ire memento
Inuidiam quod habet non ſolet eſſe diu:
Et ſi ſecla forent antiquis grata puellis
Eſſem ego quod nunc tu: tempore uincor ego:
Non tamen iſta meos mutarent ſecula mores
Vnuſquiſque ſua nouerit ire uia:
At uos qui offam in multos reuocatis amores:
Quantum ſi cruciat lumina ueſtra dolor:
Vidiſtis pleno teneram candore puellam
Vidiſtis fuſco: dulcis uterque color:
Vidiſtis quandam argiua prodire figura
Vidiſtis noſtras utraque forma rapit:
Illaque plebeio uel ſit ſandicis amictu
Hæc atque illa mali uulneris una uia eſt:
Cum ſatis una tuis inſomnia portet ocellis
Vna ſit & cuiuis fœmina multa mala:

SOMNIVM de amica.

VIdi in ſomnis fracta mea uita carina
Ionio laſſas ducere rore manus:
Et quæcunque in me fueras mentita fateri
Nec iam humore graues tollere poſſe comas:
Qualem purpureis agitatam fluctibus hellen
Aurea quam molli tergore uexit ouis:
Quam timui ne forte tuum mare nomen haberet
Atque tua labens nauita fleret aqua:
Quæ tum ego neptuno: quæ tum cum caſtore fratri
Quæque tibi excœpi iam dea leucothoe:
At tu uix primas extollens gurgite palmas
Sæpe meum nomen iam peritura uocas:
Quod ſi forte tuos uidiſſet glaucus ocellos
Eſſes ionii facta puella maris:
Et tibi præ inuidia nereides increpitarent
Candida niſeæ: cerula cymothoæ:
Sed tibi ſubſidio delphinum currere uidi
Qui puto arioniam uexerat ante lyram:
Iamque ego conabar ſummo me mittere ſaxo
Cum mihi diſcuſſit talia uiſa metus:
Nunc admirentur quod tam mihi pulchra puella
Seruiat: & tota dicar in urbe potens:
Non ſi cambyſæ redeant: & flumina croeſi
Dicat de noſtro ſurge poeta toro:
Nam mea cum recitat dicit ſe odiſſe beatos

Carmina tam ſancte nulla puella colit:
Multum in amore fides multum conſtantia prodeſt
Qui dare multa poteſt multa & amare poteſt:
Seu mare per longum mea cogitet ire puella
Hanc ſequar & fidos una aget aura duos:
Vnum litus erit ſopitis:unaque tecto
Arbor:& ex una ſæpe bibemus aqua:
Et tabula una duos poterit componere amantes
Prora cubile mihi ſeu mihi puppis erit:
Omnia perpetiar ſæuus licet urgeat eurus
Velaque in incertum frigidus auſter agat:
Quicunque & uenti miſerum uexaſtis ulyſſem
Et danaum euboico littore mille rates:
Et qui mouiſtis duo littora:cum ratis argo
Dux erat ignoto miſſa columba mari:
Illa meis tantum non unquam deſit ocellis
Incendat nauem iuppiter ipſe licet:
Certe hiſdem nudi pariter iactabimur oris
Me licet unda ferat:te modo terra tegat:
Sed non neptunus tanto crudelis amori
Neptunus fratri par in amore ioui:
Teſtis amimone latices cum ferret in aruis
Compreſſa & lernæ pulſa tridente palus:
Iam deus amplexu uotum perſoluit:at illi
Aurea diuinas urna refudit aquas:
Crudelem & boream rapta orithyia negauit:
Hic deus & terras & maria alta domat:
Crede mihi nobis miteſcet ſcylla nec unquam
Alternante uorans uaſta charybdis aqua:
Ipſaque ſydera erunt nullis obſcura tenebris
Purus & orion:purus & hædus erit:
Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore uita
Exitus hic nobis non inhoneſtus erit:

DE AMICA EGROTANTE.

AT uos incertam mortales funeris horam
Quæritis:& qua ſit mors aditura uia:
Quæritis & cælo phœnicum inuenta ſereno
Quæ ſit ſtella homini cõmoda:queque mala:
Seu pedibus parthos ſequimur ſeu claſſe britannos
Et maris & terræ cæca pericla uiæ:
Rurſus & obiectum flemus capiti eſſe tumultum
Cum mauors dubias miſcet utrinque uias:
Præterea domibus flammam domibuſque ruinam
Ne ſubeant labris pocula nigra tuis:
Solus amans nouit quando periturus & a qua

Morte: neque hic boreæ flabra neque arma timet:
Iam licet & ſtigia ſedeat ſub arundine remex
Cernat & infernæ triſtia uela ratis:
Si modo clamantis reuocauerit aura puellæ
Conceſſum nulla lege redibit iter.

AD IOVEM pro amica egrotante.

IVppiter affectæ tandem miſerere puellæ
Tam formoſa tuum mortua crimen erit:
Venit enim tempus quo torridus eſtuat aer
Incipit & ſicco feruere terra cane:
Sed non tam ardoris culpa eſt: neque crimina cæli
Quam totiens ſanctos non habuiſſe deos:
Hoc perdit miſeras: hoc perdidit ante puellas
Quicquid iurarunt uentus & unda rapit:
Nun ſibi collatam doluit uenus illa peræque
Præ ſe formoſis inuidioſa dea eſt:
An contenta tibi iunonis templa pelaſge:
Palladis aut oculos auſa negare bonos:
Semper formoſæ non noſtis parcere uerbis
Hoc tibi lingua nocens hoc tibi forma dedit:
Sed tibi uexate per multa pericula uitæ
Extremo uenit mollior hora die:
Io uerſa caput primos mugiuerat annos
Nun dea quæ nili flumina uacca bibit:
Ino etiam prima terras ætate uagata eſt
Hanc miſer implorat nauita leucothoen:
Andromede monſtris fuerat deuota marinis
Hæc eadem perſei nobilis uxor erat:
Caliſto archadios errauerat urſa per agros
Hæc nocturna ſuo ſydere uela regit:
Quod ſi forte tibi properarint fata quietem
Illa ſepulturæ fata beata tuæ:
Narrabis ſemele quo ſit formoſa periclo
Credet & illa ſuo docta puella malo:
Et tibi mæonidas interque heroidas omnis
Primus erit nulla non tribuente locus:
Nunc utcunque potes fato gere ſaucia morem
Et deus & durus uertitur ipſe dies:
Hoc tibi uel poterit coniunx ignoſcere iuno
Frangitur & iuno ſi qua puella perit:
Deficiunt magico torti ſub carmine rombi
Et iacet extincto laurus aduſta foco:
Et iam luna negat totiens deſcendere cælo
Nigraque funeſtum condidit omen auis:
Vuna ratis fati noſtros portabit amores

cerula

Cerula ad infernos uelificata lacus:
Si non unius quæſo miſerere duorum
Viuam ſi uiuet:ſi cadet illa cadam:
Pro quibus optatis ſacro me carmine damno
Scribam ego pêr magnum eſt ſalua puella iouem:
Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit
Narrabitque ſedens longa percila ſua:
Hæc tua perſephone maneat clementia:nec tu
Perſephones coniunx ſæuior eſſe uelis:
Sunt apud infernos tot milia formoſarum
Pulchra ſit in ſuperis ſcilicet una locis:
Vobiſcum eſt iope uobiſcum candida tyro
Vobiſcum europe:nec proba paſiphæ:
Et quot troia tulit:uetus & quot achaia formas:
Et phœbi & priami diruta regna ſenis:
Et quæcunque erat in numero romana puella
Occidit:has omnes ignis auarus habet:
Nec forma æternum:aut cuique eſt fortuna perhēnis
Longius aut propius mors ſua quenque manet
Tu quoniam es mea lux magno demiſſa periclo
Munera dianæ debita redde choros:
Redde etiam excubias diuæ nunc ante iuuencæ
Votiuas noctes & mihi ſolue decem.

AD CYNTHIAM.

HEſterna mea lux cum potus nocte uagarer
Nec me ſeruorum duceret ulla manus:
Obuia neſcio quot pueri mihi turba minuta
Venerat.hos uetuit me numerare timor:
Quorum alii faculas:alii retinere ſagittas
Pars etiam uiſa eſt uincla parare mihi:
Sed nudi fuerant:quorum laſciuior unus
Arripite hunc inquit nam bene noſtis eum:
Hic erat:hunc mulier nobis irata locauit
Dixit:& in collo iam mihi nodus erat:
Hic alter iubet in mediun propellere:& alter
Intereat qui nos non putat eſſe deos:
Hæc te non meritum totas expectat in horas
At tu neſcio quas queris inepte fores:
Quæ cum ſidoniæ nocturna ligamina mitræ
Soluerit:atque oculos mouerit illa graues:
Afflabunt tibi non arabum de gramine odores
Sed quos ipſe ſuis fecit amor manibus:
Parcite iam fratres iam certos ſpondet amores
Et iam ad mandatam uenimus ecce domum:
Atque ita me iniecto duxerunt rurſus amictu

I nunc & noctes diſce manere domi:
Mane erat & uolui ſola quieſceret illa
Viſere: at in lecto cynthia ſola fuit:
Obſtupui non illa mihi formoſior unquam
Viſa: neque oſtrina cum fuit in tunica:
Ibat: & hinc caſtæ narratũ ſomnia ueſtæ
Non ſibi neue mihi quæ nocitura forent:
Talis uiſa mihi ſomno demiſſa recenti
Heu quantum per ſe candida forma ualet:
Quæ tu matutinus ait ſpeculator amicæ
Me ſimilem ueſtris moribus eſſe putas?
Non ego tam facilis: ſat erit mihi cognitus unus
Vel tu uel ſi quis uerior eſſe poteſt:
Apparent non ulla toro ueſtigia preſſo
Signa uoluptatis nec iacuiſſe duos:
Aſpice ut in toto nullus mihi corpore ſurgat
Spiritus admiſſo notus adulterio.
Dixit: & oppoſita propellens ſauia ueſte
Proſilit in laxa nixa pedem ſolea:
Sic ego tan ſancti cuſtos recludor amoris
Ex illo felix nox mihi nulla fuit.

AD EANDEM.

QVo fugis ah demẽs: nulla eſt fuga: tu licet uſque
Ad tanaim fugias: uſque ſequetur amor:
Non ſi pegaſeo uerteris in aere dorſo
Nec tibi ſi perſei mouerit ala pedes:
Vel ſi te ſectæ rapiant talaribus auræ
Nil tibi mercurii proderit alta uia:
Inſtat ſemper amor ſupra caput: inſtat amanti:
Et grauis ipſe ſuper libera colla ſedet:
Excubat ille acer cuſtos & tollere nunquam
Te patietur humo lumina capta ſemel:
Et iam ſi pecces deus exorabilis ille eſt
Si modo præſentis uiderit ille preces:
Iſta ſenes licet accuſent conuiuia duri
Nos modo propoſitum uita teramus iter:
Illorum antiquis onerentur legibus aures
Hic locus eſt in quo tibia docta ſonet:
Quæ non iure uado menandri iacta nataſti
Turpia cum faceret pallidus ora timor:
Nunc iam dura paras phrygias nunc ire per undas
Et petere hyrcani littora nota maris:
Spargereque alterna cõmunes cæde penates
Et ferre ad patrios præmia dira lares:
Vna contentum pudeat me uiuere amica

hoc

Hoc ſi crimen erit: crimen amoris erit:
Mi nemo obiciat: libeat tibi cynthia mecum
Roſcida muſcoſis antra tenere iugis:
Illic aſpicies ſcopulis hærere ſorores
Et canere antiqui dulcia furta iouis:
Vt ſemele eſt combuſtus: ut eſt deperditus io
Denique ut ad troiæ tecta uolarit auis:
Quod ſi nemo extat qui uicerit alitis arma
Cõmunis culpæ cur reus unus agor:
Nec tu uirginibus reuerentia moueris ora:
Hic quoque non neſcit quid ſit amare chorus:
Si tamen oeagri quædam compreſſa figura
Biſtoniis olim rupibus accubuit:
Hic ubi me prima ſtatuent in parte choreæ
Et medius docta cuſpide bacchus erit:
Tum capiti ſacros patiar pendere corimbos
Nam ſine te noſtrum non ualet ingenium:

AD CYNTHIAM·

Quæris cur ueniam tibi tardior aurea phœbi
Porticus a magno cæſare aperta fuit:
Tanta erat in ſpecie pœnis digeſta columnis
Inter quas danai fœmina turba ſenis:
Hic equidem phœbo uiſus mihi pulchrior ipſo
Marmoreus tacita carmen hiare lyra:
Atque aram circum ſteterant armenta myronis
Quatuor artificis inuida ſigna boues:
Tum medium claro ſurgebat marmore templum
Et patria phœbo carius ortygia:
Et quo ſolis erat ſupra faſtigia currus
Et ualuæ libici nobile dentis opus:
Altera deiectos parnaſi uertice gallos
Altera mœrebat funera tantalidos:
Deinde inter matrem deus ipſe interque ſororem
Pythius in longa carmina ueſte ſonat:
Qui uidet is peccat: qui non te uiderit ergo
Non cupiet: facti crimina lumen habet:
Nam quid pernoſti dubias o cynthia ſortes
Quid petis æaei mœnia thelegoni?
Cur uatem herculeum deportant eſſeda tybur?
Appia cur totiens te uia dicit anum?
Hoc utinam ſpatiere loco quocunque uagabis
Cynthia: ſed tibi me credere turba uetat:
Cum uidet accenſis deuotam currere tædis
In nemus: & triuiæ lumina ferre deæ:
Scilicet umbroſis ſordet pompeia columnis

Porticus auleis nobilis attalicis:
Et creber pariter platanis ſurgentibus ordo
Flumina ſopito quæque marone cadunt:
Et leuiter nymphis tota crepitantibus urbe
Cum ſubito triton ore recondit aquam:
Falleris: iſta tui furtum uia monſtrat amoris
Non urbem demens: lumina noſtra fugis:
Nil agis inſidias in me componis inanes
Tendis iners docto retia nota mihi:
Sed de me minus eſt: famæ iactura pudicæ
Tanta tibi miſeræ quanta mœreris erit:
Nuper enim de te noſtras me lædit ad aures
Rumor: & in tota non bonus urbe fuit:
Sed tu non debes inimicæ credere linguæ
Semper formoſis fabula pœna fuit:
Non tua deprenſo damnata eſt fama ueneno
Teſtis eris puras phœbe uidere manus:
Sin autem longo nox una aut altera luſu
Conſumpta eſt: non me crimina parua meuent:
Tyndaris externo patriam mutauit amore
Et ſine decreto eſt uiua reducta domum:
Ipſa uenus quamuis corrupta libidine martis
Nec minus in cælo ſemper honeſta fuit:
Quamuis ida parim paſtorem dicat amaſſe
Atque inter pecudes accubuiſſe deam:
Hoc & hamadryadum ſpectauit turba ſororum
Silenique ſenis: & pater ipſe chori
Cum quibus idaeo legiſti poma ſub antro
Suppoſita excipiens naica dona manu:
An quiſquã in tanto ſtuprorum ex agmine quærit
Cur hæc tam diues? quis dedit? unde dedit?
O nimium noſtro felicem tempore romam
Si contra mores una puella facit:
Hæc eadem ante illam impune & leſbia fecit:
Quæ ſequitur certe eſt inuidioſa minus:
Qui quærit tacios ueteres duroſque ſabinos
Hic poſuit noſtra nuper in urbe pedem:
Tu prius & fluctus poteris ſiccare marinos
Altaque mortali deligere aſtra manu:
Quam facere ut noſtræ nolint peccare puellæ
Is mos ſaturno regna tenente fuit:
Et cum deucalionis aquæ fluxere per orbem
Et poſt antiquas deucalionis aquas:
Dic mihi quis potuit lectum ſeruare pudicum?
Quæ dea cum ſolo uiuere ſola deo?

uxorẽ

Vxorem quondam magni minois (ut aiunt)
Corrupit torui candida forma bouis:
Nec minus ærato danæ circundata muro
Non potuit magno caſta negare ioui:
Quod ſi tu graias: tuque es imitata latinas
Semper uiue meo libera iudicio:

AD CYNTHIAM.

TRiſtia iam redeunt iterum ſolemnia nobis
Cynthia iam noctes eſt operata decem:
Atque utinam nilo pereat quæ ſacra repente
Miſit matronis inachis auſoniis:
Quæ dea tam cupidos totiens diuiſit amantes
Quæcunque illa fuit ſemper amara fuit:
Tu certe iouis oecultis in amoribus io
Senſiſti multas quid ſit inire uias:
Cum te iuſſit habere puellam cornua iuno
Et pecoris duro perdere uerba ſono:
Ah quotiens quernis læſiſti frondibus ora
Manſiſti ſtabulis abdita paſta tuis:
An quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram
Iuppiter: idcirco facta ſuperba dea es?
An tibi non ſatis eſt fuſcis ægyptus alumnis
Cur tibi tam longa roma petita uia?
Quid ue tibi prodeſt uiduas dormire puellas?
Sed tibi crede mihi cornua rurſus erunt:
Aut nos e noſtra te ſæua fugabimus urbe
Cum tyberi nilo gratia nulla fuit:
At tu quæ noſtro nimium placata dolore es
Noctibus his uacui ter faciamus iter:
Non audis & uerba ſinis mea ludere: cum iam
Flectant icarii ſydera tarda boues:
Lenta bibis mediæ nequeunt te frangere noctes
At nondum eſt taos mittere laſſa manus:
Ah pereat quæcunque meracas repperit uuas
Corrupitque bonas nectare primus aquas:
Icare cecropiis merito iugulate colonis
Pampineus noſti q̃ ſit amarus odor:
Tu quoque o erytion uino centaure periſti
Nec non hiſmario tu polypheme mero:
Vino forma perit: uino corrumpitur ætas
Vino ſæpe ſuum neſcit amica uirum:
Me miſerum: ut multo nihil es mutata lieo
Iam bibe formoſa es nil tibi uina nocent:
Cum tua præpendent demiſſa in pocula ſerta
Et mea deducta carmina uoce legis:

Largius effuſo madeat tibi menſa falerno
Spumet & aurato mollius in calice:
Nulla tamen lecto recipit ſe ſola libenter
Eſt quiddam quod nos querere cogat amor:
Semper in abſentis felicior æſtus amantes
Eleuat aſſiduos copia longa uiros:
Cur quiſquam faciem dominæ iam credit amori
Sic erepta mihi pene puella mea eſt:
Expertus dico:nemo eſt in amore fidelis
Formoſam raro nonſibi quiſque petit:
Polluit ille deus cognatos ſoluit amicos
Et bene concordes triſtia ad arma uocat:
Hoſpes in hoſpitium menelao uenit adulter
Colchis & ignotum non ne ſecuta uirum eſt
Lynceu tu ne meam potuiſti tangere curam?
Perfide non ne tuæ tum cecidere manus?
Quid ſi non conſtans illa & tam certa fuiſſet
Poſſet & in tanto uiuere flagitio:
Tu mihi uel ferro pectus uel perde ueneno
A domina tantum te modo tolle mea:
Te ſocium uitæ:te corporis eſſe licebit:
Te dominum admitto rebus amice meis:
Lecto te ſolum lecto te deprecor uno
Riualem poſſum non ego ferre iouem:
Ipſe meas ſolus (quod nihil eſt) æmulor umbras
Stultus quod ſtulto ſæpe timore tremo:
Vna tamen cauſa eſt qua crimina tanta remitto
Errabant multo puod tua uerba mero:
Sed nunquam uitæ me fallet ruga ſeueræ
Omnes iam norunt q̃ ſit amare bonum:
Lynceus ipſe meus ſeros inſanit amores
Solum te noſtros lætor adire deos:
Quid tua ſocraticis tibi nunc ſapientia libris
proderit:aut rerum dicere poſſe uias:
Aut quid critei tibi proſunt carmina lecta:
Nil iuuat in magno ueſter amore ſenex:
Tu ſatius memorem muſis imitere philetam
Et non inflati ſomnia callimachi:
Nam rurſus licet ætoli referas acheloi
Fluxerit ut magno fractus amore liquor:
Atque etiam ut phrygio fallax meandria campo
Errat & ipſa ſuas decipit unda uias:
Qualis & adraſti fuerit uocalis arion:
Triſtis ad archemori funera uictor equus:
Non amphiareæ proſunt tibi fata quadrigæ

aut

Aut capanei grata ruina ioui:
Deſine & æſchyleo componere uerba coturno
Deſine:& ad molles memba reſolue toros:
Incipe iam anguſto uerſus includere torno
Inque tuos ignes dure poeta ueni:
Tu non anthimacho:non tutior ibis homero
Deſpicit & magnos recta puella deos:
Sed non ante grauis taurus ſuccumbit aratro
Cornua q̃ ualidis hæſerit in laqueis:
Nec tu tam duros per te patieris amores
Trux tamen a nobis ante domandus eris:
Harum nulla ſolet rationem querere mondi
Nec cur fraternis luna laboret equis:
Nec ſi poſt ſtigias aliquid reſtauerit undas
Nec ſi conſulto fulmina miſſa tonent:
Aſpice me cui parua domi fortuna relicta
Nullus & antiquo marte triumphus aui:
Vt regnem mixtas inter conuiua puellas
Hoc ego quod tibi nunc eleuor ingenio:
Me iuuet eternis poſitum languere corollis
Quem tetigit iactu certus ad oſſa deus:
Actia uirgilio cuſtodis littora phœbi
Cæſaris & fortes dicere poſſe rates:
Qui nunc æneæ troiani ſuſcitat arma
Iactaque lauinis mœnia littoribus:
Cedite romani ſcriptores cedite graii
Neſcio quid maius naſcitur iliade:
Tu canis umbroſi ſubter pineta galeſi
Thyrſin:& atritis daphnin arumdinibus:
Vtque decem poſſint corrumpere mala puellas
Miſſus & impreſſis hædus ab uberibus:
Felix qui uiles pomis mercaris amores
Huic licet ingratæ tityrus ipſe canat:
Felix intactum coridon qui tentat alexim
Agricolæ domini carpere delicias:
Quamuis ille ſua laſſus requieſcat auena
Laudatur facilis inter amadryadas:
Tu canis aſcrei ueteris præcepta poetæ
Quo ſeges in campo quo uiret uua iugo:
Tale facis carmen docta teſtudine quale
Cynthius impoſitis temperat articulis:
Non tamen hæc ulli uenient ingrata legenti
Siue in amore rudis ſiue peritus erit:
Nec minor his animis:aut ſi minor ore canorus
Anſeris in docto carmine ceſſit olor:

Hæc quoque perfecto ludebat iaſonē uarro
Varro laochadiæ maxima flamma ſuæ:
Hæc quoque laſciui cantarunt ſcripta catulli
Leſbia quis ipſa notior eſt helena:
Hæc etiam docti confeſſa eſt pagina calui
Cum caneret miſeræ funera quintiliæ:
Et modo formoſa q̃multa lycoride gallus
Mortuus inferna uulnera lauit aqua:
Cynthia quinetiam uerſu laudata properti
Hos inter ſi me ponere fama uolet.

PROPERTII AVRELII LIBER .III.

CAllimachi manes & choi ſacra philetæ
In ueſtrum quæſo me ſinite ire nemus:
Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos
Itala per graios orgia ferre choros:
Dicite quo pariter carmen tenuiſtis in antro:
Quo ue pede ingreſſi qua ue bibiſtis aquam
Ah ualeat phœbum quicunque moratur in armis
Exactus tenui pumice uerſus eat:
Quo me fama leuat terra ſublimis:& a me
Nata coronatis muſa triumphat equis
Et mecum in curru parui uectantur amores
Scriptorumque meas turba ſecuta rotas
Quid fruſtra miſſis in me certatis habenis?
Non datur ad muſas currere lata uia:
Multi roma tuas laudes annalibus addent
Qui finem imperii bactra futura canent:
Sed quod pace legas opus hoc de monte ſororum
Detulit intacta pagina noſtra uia:
Mollia pegaſides date ueſtro ſerta poetæ
Non faciet capiti dura corona meo:
At mihi quod uiuo detraxerit inuida turba
Poſt obitum duplici fœnore reddet honus:
Omnia poſt obitum fingit maiora uetuſtas
Maius ab exequiis nomen in ora uenit:
Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces
Fluminaque æmonio cominus iſſe uiro:
Ideum ſimoenta iouis cunabula parui
Hectora per campos ter maculaſſe rotas:
Deiphobumque:helenumque:& polydamantē in armis
Qualencunque parin uix ſua noſcet humus:
Exiguo ſermone fores nunc ilion:& tu
Troia bis oetæi numine capta dei:

Nec non ille tui caſus memorator homerus
    Poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus:
Meque inter ſeros laudabit roma nepotes
    Illum poſt cineres auguror eſſe diem:
Me mea contempto lapis indicet oſſa ſepulchro
    Prouiſum eſt lytio uota probante deo:

AD librum ſecundum.

c Arminis interea noſtri redeamus in orbem
    Gaudeat ut ſolito tacta puella ſono:
Orphea te tenuiſſe feras & concita dicunt
    Flumina threicia detinuiſſe lyra:
Saxa cythæronis thebas agitata per artem
    Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt:
Quin etiam polipheme fera galathea ſub ætna
    Ad tua rorantes carmina flexit equos:
Miremur nobis & baccho & apolline dextro
    Turba puellarum ſi mea uerba colit:
Quod non tænariis domus eſt mihi fulta columnis
    Nec camera auratas inter eburna trabes:
Nec mea phæatias equant pomaria ſiluas
    Non operoſa rigat martius antra liquor:
At muſæ comites & carmina cara legenti
    Et defeſſa choris calliopea meis:
Fortunata meo ſi qua eſt celebrata libello
    Carmina erunt formæ tot monumenta tuæ:
Nam neque piramidum ſumptus ad ſydera ducti
    Nec iouis ælei cælum imitata domus:
Nec mauſolei diues fortuna ſepulchri
    Mortis ab extrema conditione uacat:
Aut illis flamma aut hymber ſubducet honores
    Annorum aut ictu pondera uicta ruent:
At non ingenio quæſitum nomen ab æuo
    Excidet ingenio ſtat ſine morte decus.

TERTIVM inſomnium propertii.

u Iſus eram molli recubans helliconis in umbra
    Bellerophontei qua fluit humor equi:
Reges alba tuos:& regum facta tuorum
    Tantum operis neruis hiſcere poſſe meis:
Paruaque tam magnis admoram fontibus ora
    Vnde pater ſitiens ennius ante bibit:
Et cecinit curios fratres & oratia pila
    Regiaque æmylia uecta trophea rate:
Vrctriceſque moras fabii:pugnamque ſiuiſtram
    Cannenſem & uerſos ad pia uota deos:
Hannibalemque lares romana ſede fugantes

Anſeris & tutum uoce fuiſſe iouem:
Cum me caſtalia ſpeculans ex arbore phœbus
Sic ait aurata nixus ad antra lyra:
Quid tibi cum tali demens eſt flumine: quis te
Carminis heroi tangere iuſſit opus
Non hic ulla tibi ſperanda eſt fama properti
Mollia ſunt paruis prata terenda rotis:
Vt tuus in ſcamno iactetur ſæpe libellus
Quem legat expectans ſola puella uirum
Cur tua præſcripto ſeuecta eſt pagina gyro?
Non eſt ingenii cymba grauanda tui
Alter remus aquas alter tibi radat arenas.
Tutus eris medio maxima turba mari eſt.
Dixerat: & plectro ſedem mihi monſtrat eburno
Qua noua muſcoſo ſemita facta ſolo eſt
Hic erat affixis uiridis ſpelunca lapillis
Pendebantque cauis tympana pumicibus
Ergo muſarum & ſileni patris imago
Fictilis & calami pan tegeæ tui.
Et ueneris dominæ uolucres mea tuba columbæ
Tingunt gorgoneo punica roſtra lacu:
Diuerſæque nouem ſortitæ rura puellæ.
Exercent teneras in ſua dona manus:
Hæc: hederas legit: in tyrſos hæc carmina neruis
Aptat at illa manu texit utraque roſam.
E quarum numero me contigit una dearum
Vt reor a facie calliopea fuit.
Contentus niueis ſemper uectabere cygnis
Nec te fortis equi ducet ad arma ſonus:
Nil tibi ſit rauco præconia claſſica cornu
Flere: nec aonium cingere marte nemus:
Aut quibus in campis mariano prælia ſigno
Stent & theutonicas roma refringat opes.
Barbarus aut ſæuo perfuſus ſanguine rhenus.
Saucia mœrenti corpora uectet aqua
Quippe coronatos alienum ad limen amantes
Nocturnæque canes ebria ſigna fugæ:
Vt per te clauſas ſciat excantare puellas
Qui uolet auſteros arte ferire uiros:
Talia calliope lymphiſque a fonte petitis
Ora philetea noſtra rigauit aqua

DE Triumpho Cæſaris.

ARma deus cæſar dites meditatur ad in dos
Et freta gemmiferi findere claſſe maris.
Magna uiri merces parat ultima terra triumphos

Tygris & eufrates ſub tua iura fluent:
Sera ſed auſoniis ueniet prouincia uirgis
Aſueſcent latio parta trophea ioui:
Ite agite expertæ bello date lintea proræ
Et ſolitum armigeri ducite munus equi:
Omnia fauſta cano parthos claſſemque piate
It & romanæ conſulite hyſtoriæ:
Mars pater & ſacræ fatalia limina ueſtæ
Ante meos obitus ſit precor illa dies:
Qua uideam ſpoliis oneratos cæſaris axes
Ad uulgi plauſus ſæpe reſiſtere equos
Inque ſinu caræ nixus ſpectare puellæ
Incipiam:& titulis opida capta legam:
Tela fugacis equi & brachati militis arcus
Et ſubter captos arma ſedere duces:
Ipſa tuam prolem ſerua uenus:hoc ſit in æuum
Cernis ab ænea quod ſupereſſe caput:
Præda ſit hæc illis quorum meruere labores
Mi ſat erit media plaudere poſſe uia.

AD AMICAM IRATAM:

PAcis amor deus:pacem ueneramur amantes
Stant mihi cum domina prælia dura mea:
Nec tamen inuiſo pectus mihi carpitur auro
Nec bibit e gemma diuite noſtra ſitis:
Nec mihi mille iugis campania pinguis aratur
Nec miſer ire paro claſſe corinhte tua:
O prima infelix fingenti terra prometheo
Ille parum cauti pectoris egit opus:
Corpora diſponens mentem non uidit in arte
Recta animi primum debuit eſſe uia:
Nunc maris in tantum uento iactamur & hoſtem
Querimus atque armis nectimus arma noua
Haud ullas portabis opes acherontis ad undas
Nudus ad infernas ſtulte uehere rates:
Victor cum uictis pariter miſcebitur umbris:
Conſule cum mario capte iugurta ſedes:
Lydus dulichio non diſtat croeſus ab hyro
Optima mors parca quæ uenit apta die:
Me iuuat in prima coluiſſe helicona iuuenta
Muſarumque choris implicuiſſe manus:
Me iuuat & multo mentem uincire liæo
Et caput in uerna ſemper habere roſa:
Atque ubi iam uenerem grauis interceperit ætas
Sparſerit integras alba ſenecta comas:
Tum mihi naturæ libeat perdiſcere mores

Quis deus hanc mundi temperet arte domum:
Qua uenit exoriens qua deficit:unde coactis
Cornibus in plenum menſtrua luna redit.
Vnde ſalo ſuperant uenti:quid flamine captet
Eurus:& in nubes unde perennis aqua:
Si uentura dies mundi quæ ſubruat arces:
Purpureus pluuias cur bibit arcus aquas.
Aut cur perrhebi tremuere cacumina pindi
Solis & atractis luxerit orbis equis?
Cur ſerus uerſare boues & plauſtra boetes?
Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus?
Cur ue ſuos fines altum non exeat æquor:
Plenus & in partes quattuor annus eat?
Sub terris ſint iura deum:& tormenta gigantum
Ctiſiphones atro ſi furit angue caput
Aut alcmeoniæ furiæ:aut ieiunia phinei
Num rota:num ſcopuli:num ſitis inter aquas:
Num tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
Cerberus & tityo iugera pauca nouem.
An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes
Et timor aut ultra quam rogus eſſe poteſt?
Exitus hic uitæ ſupereſt mihi:uos quibus arma
Grata magis craſſi ſigna referte domum.

AD LYGDAMVM

Dic mihi de noſtra quæ ſentis uera puella
Sit tibi ſit dominæ lygdame lenta iuga.
Dum me læticia tumefactum fallis inani
Hæc referens quæ me credere uelle putas
Omnis enim debet ſine uano nuncius eſſe
Maioremque timens ſeruus habere fidem:
Nunc mihi ſi qua tenes ab origine dicere prima
Imcipe:ſuſpenſis auribus iſta bibam.
Sicut eam incomptis uidiſti flere capillis
Illius ex oculis multa cadebat aqua
Nec ſpeculum ſtrato uidiſti lygdame lecto
Ornabat niueas nulla ue gemma manus.
Ac mœſtam teneris ueſtem pendere lacertis:
Scriniaque ad lecti clauſa iacere pedes.
Triſtis erat domus:& triſtis ſua penſa miniſtræ
Carpebant:medio nebat & ipſa loco:
Humidaque impreſſa ſiccabat lumina lana
Rettulit & querulo iurgia noſtra ſono:
Hæc teſte mihi promiſſa eſt lygdame merces
Eſt pœnæ ſeruo rumpere teſte fidem.
Illa poteſt nullo miſerum me linquere facto

æqualem

Aequalem nulla dicere habere domo:
Gaudet me uacuo ſolum tabeſcere lecto
Si placet inſultet lygdame morte mea:
Improba non uicit me moribus illa ſed herbis
Staminea rombi ducitur ille rota:
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ
Et lecta ex ſectis anguibus oſſa trahunt:
Et ſtygis inuentæ per buſta iacentia plumæ
Cinctaque funeſto lanea uitta uiro:
Si non uana canunt mea ſomnia lygdame teſtor
Pœna erit ante meos ſera:ſed ampla pedes:
Putris & in uacuo texetur aranea lecto
Noctibus illorum dormiet ipſa uenus:
Quæ tibi ſi ueris animis eſt queſta puella
Hac eadem rurſus lygdame curre uia:
Et mea cum multis lachrymis mandata reporta
Iram non fraudes eſſe in amore meo:
Me quoque conſimili impoſitum torquerier igni
Iurabo bis ſex integer eſſe dies:
Quod mihi ſi tanto felix concordia bello
Extiterit per me lygdame liber eris:

DE MORTE POETI.

ERgo ſolicite tu cauſa pecunia uitæ es?
Per te immaturum mortis adimus iter:
Tu uitiis hominum crudelia pabula præbes
Semina curarum de capite orta tuo:
Tu poetum ad pharios tendentem lintea portus
Obruis inſano terque quaterque mari:
Nam dum te ſequitur primo miſer excidit æuo
Et noua longinquis piſcibus eſca natat:
Et mater non iuſta piæ dare debita terræ
Nec pote cognatos inter humare rogos:
Sed tua nunc uolucres adſtant ſuper oſſa marinæ
Nunc tibi pro tumulo carpatium omne mare:
Infelix aquilo raptæ timor orithyiæ
Quæ ſpolia ex illo tanta fuere tibi:
Aut quidnam fracta gaudes neptune carina:
Portabit ſanctos alueus ille uiros:
Poete quid ætatem numeras?quid cara natanti
Mater in ore tibi eſt?non habet unda deos:
Nam tibi nocturnis ad ſaxa ligata procellis
Omnia de trito uincula fune cadunt:
Sunt agamemnonias teſtantia littora curas
Qua natat argiuum pœna minantis aquæ:
Hoc iuuene amiſſo claſſem non ſoluit atrides

Pro qua mactata eſt iphigenia mora
Reddite corpus humo:poſitaque in gurgite uita
Poetum ſponte tua uilis arena tegas:
Et quotiens poeti tranſibit nauta ſepulchrum
Dicat:& audaci tu timor eſſe potes:
Ite rates curuæ & læti quoque texite cauſas
Iſta per humanas mors uenit acta manus:
Terra parum fuerat fatis adiecimus undas:
Fortunæ miſeras auximus arte uias:
Anchora te teneat quem non tenuere penates
Quid meritum dicas cui ſua terra parum eſt.
Ventorum eſt quodcunque paras:haud ulla carina
Conſenuit:fallit portus & ipſe fidem.
Natura inſidians pontum ſubſtrauit auaris
Vt tibi ſuccedat uix ſemel eſſe poteſt:
Saxa triumphales fregere capharea pupes
Naufraga cum uaſto græcia tracta ſalo eſt:
Paulatim ſocium iacturam fleuit ulyſſes
In mare cui ſoli non ualuere doli:
Quod ſi contentus patrio boue uerteret agros
Verbaque duxiſſet pondus habere mea.
Viueret ante ſuos dulcis conuiua penates
Pauper & in terra nil ubi flere poteſt.
Non tulit hic poetus ſtridorem audire procellæ
Et duro teneras lædere fune manus:
Sed thiæ thalamo aut orithia terebintho
Et fultum pluma uerſicolore caput:
Huic fluctus uiuo radicitus abſtulit ungues
Et miſer inuiſam traxit hiatus aquam:
Hunc paruo ferri uidit nox improba ligno
Poetus ut occideret tot coiere mala:
Flens tamen extremis dedit hæc mandata quærelis
Cum moribunda niger clauderet ora liquor:
Dii maris ægei quos ſunt penes æquora uenti
Et quæcunque meum degrauat unda caput
Quo rapitis miſeros primæ lanuginis annos
Attulimus longas in freta uaſta manus:
Ah miſer alcinoum ſcopulis affligar acutis
In me ceruleo fuſcina ſumpta deo eſt
At ſaltem italiæ regionibus euehat æſtus
Hoc de me ſat erit ſi modo matris erit:
Subtrahit hæc fantem torta uertigine fluctus
Vltimaque poeto noxque dieſque fuit:
O centum æquoreæ nereo genitore puellæ
Et tu materno tacta dolore thetis:

Vos decuit laſſo ſupponere brachia mento
Non poterat ueſtras ille grauare manus
At tu ſæue aquilo nunquam mea uela uidebis
Ante fores dominæ condar oportet inhers:

AD CyNTHIAM.

d Vlcis ad extremas fuerat mihi rixa lucernas
Vocis & inſanæ tot maledicta tuæ:
Cur furibunda mero menſam propellis & in me
Proiicis inſana cimbia plena manu:
Tu uero noſtros audax inuade capillos
Et mea formoſis unguibus ora nota:
Tu minitare oculos ſubiecta exurere flamma
Fac mea reſciſſo pectora nuda ſinu:
Nimirum ueri dantur mihi ſigna caloris
Nam ſine amore graui fœmina nulla dolet:
Quæ mulier grauida iactat conuitia lingua
Et ueneris magnæ uoluitur ante pedes:
Cuſtodum gregibus circa ſe ſtipat euntem
Seu ſequitur medias menas ut acta uias:
Seu timidam crebro dementia ſomnia terrent
Seu miſeram in tabula picta puella mouet:
His ego tormentis animi ſum uerus aruſpex
Has didici certo ſæpe in amore notas:
Non eſt certa fides quam non iniuria uerſat
Hoſtibus eueniat lenta puella meis:
In morſo æquales uideant mea uulnera collo
Me doceat liuor mecum habuiſſe meam:
Aut in amore dolere uolo aut audire dolentem
Siue meas lachrymas ſiue uidere tuas:
Tecta ſuperciliis ſi quando uerba remittis
Aut tua cum digitis ſcripta ſilenda notas:
Odi ego quæ nunquam pungunt ſuſpiria ſomnos
Semper in iratam pallidus eſſe uelim:
Dulcior ignis erat paridi cum grata per arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre ſuæ:
Dum uincunt danai dum reſtat barbarus hector
Ille helenæ in gremio maxima bella gerit:
Aut tecum aut pro te mihi cum riualibus arma
Semper erunt:in te pax mihi nulla placet:
Gaude quod nulla eſt æque formoſa:doleres
Si qua foret:nunc ſis iure ſuperba licet:
At tibi qui noſtro tendiſti retia lecto
Sit ſocer æternum nec ſine matre domus:
Cui nunc ſi qua data eſt furandæ copia noctis
Offenſam illa mihi non tibi amica dedit.

AD MECOENATEM.

MEcœnas eques hetruſco de ſanguine regum
  Intra fortunam qui cupis eſſe tuam
Quid me ſcribendi tam uaſtum mittis in æquor
  Non ſunt apta meæ grandia uela rati:
Turpe eſt quod nequeas capiti committere pondus
  Et preſſum inflexo mox dare terga genu:
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta
  Flamma nec ex æquo ducitur ulla roge:
Gloria liſyppo eſt animoſa fingere ſigna
  Exactis calamus ſe mihi iactat equis:
In ueneris tabula ſummam ſibi ponit appelles
  Parrhaſius parua uindicat arte locum:
Argumenta magis ſunt mentoris addita formæ.
  At myos exiguum flectit acanthus iter:
Phidiacus ſigno ſe iuppiter ornat eburno
  Praxitelem propia uindicat urbe lapis:
Sunt quibus eleæ concurrit palma quadrigæ
  Sunt quibus in celeres gloria nata pedes:
Hic ſatis ad pacem hic caſtrenſibus utilis armis
  Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ:
At tua mecœnas uitæ præcepta recepi
  Cogor & exemplis te ſuperare tuis.
Cum tibi romano dominas in honore ſecures
  Et liceat medio ponere iura foro:
Vel tibi medorum pugnaces ire per hoſtes
  Atque onerare tuam fixa per arma domum:
Et tibi ad effectum uires det cæſar:& omni
  Tempore tam faciles inſinuentur opes:
Parcis & in tenues humilem te colligis umbras
  Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus:
Crede mihi magnos æquabunt iſta camillos
  Iudicia:& uenies tu quoque in ora uirum:
Cæſaris & famæ ueſtigia iuncta tenebis
  Mecœnatis erunt uera trophea fides:
Non ego uelifera tumidum mare findo carina
  Tota ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.
Non flebo in cineres arcem ſediſſe paternos
  Cadmi nec ſemper prælia cade parir
Nec referam ſcæas & pergama apollinis arces
  Et danaum decimo uere rediſſe rates:
Mœnia cum graio neptunia preſſit aratro
  Victor palladiæ ligneus artis equus
Inter callimachi ſat erit placuiſſe libellos
  Et ceciniſſe modis dure poeta tuis:

haec curant

Hæc curant pueros: hæc curant ſcripta puellas
Meque deum clament & mihi ſacra ferant:
Te duce uel iouis arma canam cæloque minantem
Cæum: & phlegræis oromedonta iugis:
Celſaque romanis decerpta palatia tauris
Ordiar & cæſo mœnia firma remo:
Eductoſque pares ſiluestri ex ubere reges:
Creſcet & ingenium ſub tua iuſſa meum:
Proſequar & currus utroque ab littore ouantes
Parthorum aſtutæ tela remiſſa fugæ:
Caſtraque peluſii romano ſubruta ferro:
Antoniique graues in ſua fata manus:
Mollis tu cœptæ fautor cape lora iuuentæ
Dexteraque immiſſis da mihi ſigna rotis:
Hoc mihi mœcenas laudis concedis: & a te eſt
Quod ferar in partes ipſe fuiſſe tuas:

DE natali ſuæ amicæ.

M Irabar quid nam miſiſſent mane camœnæ
Ante meum ſtantes ſole rubente torum:
Natalis noſtræ ſignum miſere puellæ:
Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos:
Tranſeat hic ſine nube dies ſtent aere uenti
Ponat & in ſicco molliter unda minas:
Aſpiciam nullos hodierna luce dolentes
Et niobe lachrymas ſupprimat ipſe lapis:
Halcionum poſitis requieſcant ora querelis
Increpet abſumptum nec ſua mater itym:
Tuque o cara mihi fœlicibus edita pennis
Surge: & poſcentes iuſta precare deos:
Ac primum pura ſomnum tibi diſcute lympha
Et nitidas preſſo pollice finge comas:
Dein qua primum oculos cœpiſti ueſte properti
Indue: nec uacuum flore relinque caput:
Et pete qua polles ut tibi ſit fama perennis
Inque meum ſemper ſtent tua regna caput:.
Inde coronatas ubi thure piaueris aras
Lux erit: & tota flamma ſecunda domo:
Sit menſæ ratio: moxque inter pocula currat
Et crocino nares murrheus ungat onix:
Tibia nocturnis ſuccumbat rauca choreis
Et ſint nequitiæ libera uerba tuæ:
Dulciaque ingratos adimant conuiuia ſomnos
Publica uicinæ perſtrepat ara uiæ:
Sit ſors & nobis talorum interprete iactu
Quem grauibus pennis uerberet ille puer:

Cum fuerit multis exacta trientibus hora
Noctis & inſtituet ſacra miniſtra uenus:
Annua ſoluamus thalamo & ſolemnia noſtro
Nataliſque tui ſic peragamus iter.

Quod ferat ſeruitium fœminæ

QVid mirare meam ſi uerſat fœmina uitam
Et trahit addictum ſub ſua iura uirum:
Criminaque ignaui capitis nihi turbia ſingis
Quod nequeam fracto rumpere uincla iugo:
Venturam melius præſagit nauita mortem
Vulneribus didicit miles habere metum:
Iſta ego præterita iactaui uerba iuuenta
Tu nunc exemplo diſce timere meo:
Colchis flagrantis adamantina ſub iuga tauros
Egit & armigera prælia ſæuit humo:
Cuſtodiſque feros clauſit ſerpentis hiatus:
Iret ut æſonias aurea lana domos:
Auſa ferox ab equo quondam oppugnare ſagittis
Iniectis danaum pentheſilea rates
Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem
Vicit uictorem candida forma uirum:
Omphale in tantum formæ proceſſit honorem
Lydia gygeo tincta puella lacu:
Vt qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas
Tam dura traheret mollia penſa manu:
Perſarum ſtatuit babylona ſemiramis urbem
Vt ſolidum cocto tolleret agere opus:
Et duo in aduerſum miſſit per mœnia currus
Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus:
Duxit & euphratem medium qua condidit arces
Iuſſit & imperio ſurgere bactra caput:
Nam quid ego heroas quid raptem in crimine diuos
Iuppiter infamat ſeque ſuamque domum:
Quid modo quæ noſtris obprobria uexerit armis
Et famulos inter fœmina trita ſuos:
Coniugis obſceni precium romana popoſcit
Mœnia:& adictos in ſua regna patres:
Noxia alexandrina dolis aptiſſima tellus
Et totiens noſtro memphi cruenta malo:
Tres ubi pompeio detraxit arena triumphos
Tollet nulla dies hanc tibi roma notam:
Iſſent flegreo melius tibi funera campo
Vel tua ſi ſocero colla daturus eras:
Scilicet incæſti meretrix regina canopi
Vna philipeo ſanguine aduſta nota

auſa

Auſa ioui noſtro latrantem opponere anubim
Et tyberim nili cogere ferre minas:
Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro
Baridos & contis roſtra liburna ſequi:
Fœdaque tarpeio canopeia tendere ſaxo
Iura dare ſtatuas inter & arma mari:
Quid nunc tarquini fractas iuuat eſſe ſecures:
Omine quem ſimili uita ſuperba notat:
Si mulier patienda fuit: cape roma triumphum
Et longum auguſto ſalua precare diem:
Fugiſti tamen in timidi uaga flumina nili
Accepere tuæ romula uincla manus:
Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris
Et trahere occultum membra ſoporis iter:
Non hoc roma fuit tanto tibi ciue uerenda
Dixit: & aſſiduo lingua ſepulta mero:
Septem urbs alta iugis toto quæ præſidet orbi
Fœmineas timuit territa marte minas:
Hannibalis ſpolia: & uicti monumenta ſiphacis
Et pyrrhi ad noſtros gloria fracta pedes:
Curtius expletis ſtatuit monumenta lacunis
At decius miſſo prælia rupit equo:
Coclitis abſciſſos teſtatur ſemita pontes
Et cui cognomen coruus habere dedit:
Hæc dii condiderant hæc dii quoque mœnia ſeruant
Vix timeat ſaluo cæſare roma iouem:
Nunc ubi ſcipiadæ claſſes? ubi ſigna camilli?
Aut ubi pompeia boſphora capta manu?
Leucadius uerſas acies memorabit apollo
Tantum operis belli ſuſtulit una dies:
At tu ſiue petes portus: ſiue nauita linques
Cæſaris in toto ſis memor ionio:

AD Poſthumum de galla.

POſthume plorantem potuiſti linquere gallam
Miles & auguſti fortia ſigna ſequi:
Tanti ne ulla fuit ſpoliati gloria parthi
Ne faceres galla multa rogante tua?
Si fas eſt omnes pariter pereatis auari
Et quiſquis fido prætulit arma toro:
Tu tamen interea tectus ueſane lacerna
Potabis galea feſſus araxis aquam:
Illa quidem interea fama tabeſcet inani
Hæc tua ne uirtus fiet amara tibi:
Ne ue tua medæ lætentur cæde ſagittæ
Ferreus aurato neu cataphractus equo:

Neu aliquid de te flendum referatur in urna
    Sic redeunt illis qui cecidere locis:
Ter quater in caſta felix o poſthume galla:
    Moribus his alia coniuge dignus eras.
Quid faciet nullo munita puella timore:
    Cum ſit luxuriæ roma magiſtra tuæ?
Sed ſecurus eias: gallam non munera uincent:
    Duritiæque tuæ non erit illa memor:
Nam quocunque die ſanum te fata remittent
    Pendebit collo galla pudica tuo:
Poſthumus alter erit miranda coniuge ulyſſes
    Non illi longæ tot nocuere moræ
Caſtra decem annorum: & ciconum mons iſmara calpe:
    Exuſtæque tuæ mox polypheme genæ.
Et circe fraudes lotoſque herbæque tenaces
    Scyllaque & alternas ſciſſa charybdis aquas:
Lampeties ithacis uerubus mugiſſe iuuences
    Pauerat os phœbo filia lampethiæ:
Et thalamum ææææ flentis fugiſſe puellæ
    Totque hyemis noctes totque nataſſe dies:
Nigranteſque domos animarum intraſſe ſilentum.
    Sirenum ſurdo remige adiſſe lacus:
Et ueteres arcus læto renouaſſe procorum:
    Erroriſque ſui ſic ſtatuiſſe modum:
Nec fruſtra quia caſta domi perſederat uxor
    Vincit penelopes lælia galla fidem.

DE AVARITIA.

QVæritis unde auidis nox ſit pretioſa puellis
    Et uenerem exhauſtæ damna querantur opes:
Certa quidem tantis cauſa eſt manifeſta ruinis
    Luxuriæ nimium libera facta uia eſt:
Inda cauis aurum mittit formica metallis
    Et uenit e rubro concha hericina ſalo:
Et tyros oſtrinos præbet cadmea colores:
    Cynamon & multi paſtor odoris arabs.
Hæc etiam clauſas expugnant arma pudicas
    Quæque terunt faſtus icarioti tuos
Matrona incedit cenſus induta nepotum
    Et ſpolia obprobrii noſtra per ora trahit:
Nulla eſt poſcendi nulla eſt reuerentia dandi
    Aut ſi qua eſt pretio tollitur ipſa mora:
Felix eois lex funeris una maritis
    Quos aurora ſuis rubra colorat equis.
Nanque ubi mortifero iacta eſt fax ultima lecto
    Vxorum fuſis ſtat pia turba comis

et certamen

Et certamen habent læti quæ uiua ſequatur
Coniugium pudor eſt non licuiſſe mori:
Ardent uictrices & flammæ pectora præbent
Imponuntque ſuis ora peruſta uiris:
Hic genus infidum nuptarum: hic nulla puella eſt
Nec fida euanne nec pia penelope:
Felix agreſtum quondam pacata iuuentus
Diuitiæ quarum meſſis & arbor erant:
Illis munus erant decuſſa cydonia ramo
Et dare puniceis plena caniſtra rubis:
Nunc uiolas tondere manu: nunc mixta referre
Lilia uirgineos lucida per calatos:
Et portare ſuis ueſtitas frondibus uuas
Aut uariam plumæ uerſicoloris auem:
His tum blanditiis furtiua per antra puellæ
Oſcula ſiluicolis empta dedere uiris:
Atque hynuli pellis totos operibat amantes
Altaque natiuo creuerat herba toro:
Pinus & incumbens lætas circundabat umbras
Nec fuerat nudas pœna uidere deas:
Corniger atque dei uacuam paſtoris in aulam
Dux aries ſaturas ipſe reduxit oues:
Diique deæque omnes quibus eſt tutella per agros
Præbebant ueſtris uerba benigna focis:
Et leporem quicunque uenis uenaberis hoſpes
Et ſi forte meo tramite quæris auem:
Et me pana tibi comitem de rupe uocato
Siue petes calamo prælia ſiue cane:
At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis
Aurum omnes uicta iam pietate colunt:
Auro pulſa fides: auro uenalia iura
Aurum lex ſequitur mox ſine lege pudor
Torrida ſacrilegum teſtantur limina brenum
Dum petit intonſi pythia regna dei:
At mons laurigero concuſſus uertice duras
Gallica parnaſi ſparſit in arma niues:
Et ſcelus accepto thracis polymeſtoris auro
Nutrit in hoſpitio non polydore pio:
Tu quoque ut auratos gereres eriphyla lacertos
Dilapſis nunc eſt amphiaraus equis:
Proloquar atque utinam patriæ ſim uanus aruſpex
Frangitur ipſa ſuis roma ſuperba bonis:
Certa loquor: ſed nulla fides: neque enim ilia quondam
Verax pergameis menas habenda malis:
Sola parim phrygiæ fatum componere ſola

Fallacem Patriæ ſerpere dixit equum:
Ille furor patriæ fuit utilis:ille parenti:
Experte eſt ueros irrita lingua deos.

AD SPARTHVM.

MVlta tuæ ſpartæ miramur iura paleſtræ
Sed mage uirginei tot bona gymnaſii
Quod non infames exercet corpore laudes
Inter luctantes nuda puella uiros
Cum pila uelocis fallit per brachia iactus
Increpat & uerſi clauis adunca trochi:
Puluerulentaque ad extremas ſtat fœmina metas
Et patitur duro uulnera pancratio
Nunc ligat ad ceſtum gaudentia brachia loris
Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat:
Gyrum pulſat equis:niueum latus enſe reuincit:
Virgineumque cauo protegit aere caput:
Qualis amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodoonteis turba lauatur aquis:
Et modo taygeti crines aſperſa pruina
Sectatur patriosper iuga longa canes:
Qualis & eurotæ polux & caſtor habenis
Hic uictor pugnis ille futurus equis.
Inter quos helene nudis capere arma papillis
Fertur:nec fratres erubuiſſe deos
Lex igitur ſpartana uetat ſecedere amantes
Et licet in triuiis ad latus eſſe ſuæ:
Non timor aut ulla eſt clauſæ tutella puellæ
Nec grauis auſteri pœna cauenda uiri:
Nullo præmiſſo de rebus tute loquaris
Ipſe tuis longæ nulla repulſa moræ:
Non tyriæ ueſtes errantia lumina fallunt
Eſt neque odoratæ cura moleſta domi:
At noſtra ingenti uadit circundata turba
Nec digitum anguſta eſt inſeruiſſe uia:
Nec quæ ſint facies nec quæ ſint uerba rogandi
Inuenias cecum uerſat amator iter:
Quod ſi iura fores pugnaſque imitata laconum
Carior hoc eſſes tu mihi roma bono.

AD Cynthiam de lycinna.

SIc ego non ullos iam norim in amore tumultus
Nec ueniat ſine te nox uigilanda mihi
Vt mihi prætextæ pudor eſt uelatus amictu
Et data libertas noſcere amoris iter:
Illa rudes animos per noctes conſcia primas
Imbuit:heu nullis capta lycinna datis

Tertius aut multo minus eſt cum ducitur annus
  Vix memini nobis uerba coiſſe decem:
Cuncta tuus ſepeliuit amor nec fœmina poſt te
  Vlla dedit collo dulcia uincla meo:
Teſtis eris dircæ tam uero crimine ſæua
  Nycteos anthiopen accubuiſſe lyco:
Ah quotiens pulchros iuſſit regina capillos
  Molliaque immites fixit in ora manus:
Ah quotiens famulam penſis onerauit iniquis
  Et caput in dura ponere iuſſit humo:
Sæpe illam immundis paſſa eſt habitare tenebris
  Vilem ieiunæ ſæpe negauit aquam:
Iuppiter anthiopæ nuſquam ſuccurris habenti
  Tot mala: corrumpit dura catena manus:
Si deus eſt tibi turpe tuam ſeruire puellam
  Inuocet anthiope quem niſi uicta iouem:
Sola tamen quæcunque aderant in corpore uires
  Regales manicas rupit utraque manu:
Inde cytheronis timido pede currit in arces
  Nox erat & ſparſo triſte cubile gelu:
Sæpe uago aſopi ſonitu permota fluentis
  Credebat dominæ pone uenire pedes:
Et durum zetum & lachrymis amphiona mollem
  Experta eſt tabulis mater abacta ſuis:
Ac ueluti magnos quum ponunt æquora motus
  Eurus in aduerſos deſinit ire notos:
Littore ſic tacito ſonitus rareſcit harenæ
  Sic cadit inflexo lapſa puella genu:
Sera tamen pietas natis eſt cognitus error
  Digne iouis natos qui tueare ſenex:
Tu reddis pueris matrem puerique trahendam
  Vincerunt dircen ſub trucis ora bouis
Anthiope cognoſce iouem tibi gloria dirce
  Ducitur in multis mortem habitura locis:
Prata cruentantur zeti uictorque canebat
  Pæana amphion rupe aracynthe tua:
At tu non meritam parcas uexare lycinam
  Neſcit ueſtra ruens ira referre pedem:
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures
  Te ſolam & lignis funeris uſtus amem.

DE IMPERIO AMICAE.

N Ox media & dominæ mihi uenit epiſtola noſtræ
  Tybure me miſſa iuſſit adeſſe mora:
Candida qua geminas oſtendunt culmina turres
  Et cadit in patulos nympha aniena lacus:

Quid faciam obductis committam me ne tenebris?
Vt timeam audaces in mea membra manus:
At ſi hæc diſtulero noſtro mandata timore
Nocturno fletus ſæuior hoſte mihi:
Peccaram ſemel & totum ſum pulſus in annum
In me manſuetas non habet illa manus:
Nec tamen eſt quiſquam ſacros qui ledat amantes
Schironis media ſi licet ire uia:
Quiſquis amator erit ſcythicis licet ambulet oris
Nemo deo ut noceat barbarus eſſe uolet:
Luna miniſtrat iter demonſtrant aſtra ſalebras
Ipſe amor accenſas percutit ante faces:
Sæua canum rabies morſus auertit hiantes
Huic generi quouis tempore tuta uia eſt:
Sanguine tam paruo quis enim ſpargatur amantis
Improbus? excluſis fit comes ipſa uenus:
Quod ſi certa meos ſequerentur funera caſus
Talis mors pretio uel ſit emenda mihi:
Afferet huc unguenta mihi ſertiſque ſepulchrum
Ornabit cuſtos ad mea buſta ſedens:
Dii faciant mea ne terra locet oſſa frequenti
Qua facit aſſiduo tramite uulgus iter:
Poſt mortem tumuli ſic infamantur amantum
Me tegat arborea deuia terra coma:
Aut humet ignotæ cumulus ualatus arenæ
Non iuuat in media nomen habere uia.

AD BACCHVM.

NVnc o bacche tuis humiles aduoluimur aris
Da mihi pacato uela ſecunda pater:
Tu potes inſanæ ueneris compeſcere faſtus
Curarumque tuo fit medicina mero:
Per te iunguntur per te ſoluuntur amantes
Tu uitium ex animo dilue bacche meo:
Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus ad cælum uecta ariadna tuis:
Hoc mihi quod ueteres cuſtodit in oſſibus ignes
Funera ſanabunt uel tua uina malum:
Semper enim uacuos nox ſobria torquet amantes
Speſque timorque animo uerſat utroque modo
Quod ſi bacche tuis per feruida tempora donis
Accerſitus erit ſomnus in oſſa mea:
Ipſe feram uites pangamque ex ordine colles
Quos carpant nullæ me uigilante feræ:
Dum modo purpureo ſpument mea dolia muſto
Et noua preſſantis inquinet uua pedes:

Quod ſupereſt uitæ per te & tua cornua uiuam
Virtutiſque tuæ bacche poeta ferar:
Dicam ego maternos æterno fulmine partus
Indica nyſeis arma fugata choris:
Veſanumque noua nequicquam in uite lycurgum
Pentheos in triplices funera grata greges:
Curuaque tyrrhenos delphinum corpora nautas
In uada pampinea diſſiluiſſe rate:
Et tibi per mediam bene olentia flumina naxon:
Vnde tuum potant naxia turba merum:
Candida laxatis onerato colla corymbis
Cingit baſſaricas lydia mitra comas:
Leuis odorato ceruix manabit oliuo
Et feries nudos ueſte fluente pedes:
Mollia dirceæ pulſabunt tympana thebæ
Capripedes calamo panes hiante canent:
Vertice turrigero iuxta dea magna cybelle
Fundet ad ideos cymbala rauca choros:
Ante fores templi crater antiſtitis auro
Libatum fundens in tua ſacra merum:
Hæc ego non humili referam memoranda coturno
Qualis pindarico ſpiritus ore tonat:
Tu modo ſeruitio uacuum me ſiſte ſuperbo
Atque hoc ſolicitum uince ſopore caput:

QVOD mors ſit ineuitabilis.

Clauſus ab umbroſo qua ludit pontus auerno
Humida baiarum ſtagna tepentis aquæ:
Qua iacet & troiæ tubicen miſcenus harena
Et ſonat herculeo ſtructa labore uia:
Hic ubi mortales dextra quum quæreret urbes
Cymbala thebano concrepuere deo:
At nunc inuiſæ magno cum crimine baiæ
Quis deus in ueſtra conſtitit hoſtis aqua?
Bis preſſus ſtygias uultum dimiſit in undas
Errat & in ueſtro ſpiritus ille lacu:
Quid genus aut uirtus aut optima profuit illi
Mater:& amplexum cæſaris eſſe focos:
Aut modo tam pleno fluitantia uela theatro
Et per maternas omnia geſta manus:
Occidit & miſero ſteterat uigeſimus annus
Tot bona tam paruo clauſit in orbe dies:
I nunc tolle animos & tecum finge triumphos
Stantiaque in plauſum tota theatra iuuent:
Attalicas ſupera ueſtes atque omnia magnis
Geminea ſint nudis ignibus iſta dabis:

Sed tamen hoc omnes: huc primus & ultimus ordo
  Eſt mala ſed cunctis iſta terenda uia eſt:
Exoranda canis tria ſunt latrantia colla
  Scandenda eſt torui publica cymba ſenis:
Ille licet ferro cautus ſe condat & aere
  Mors tamen incluſum protrahit inde caput:
Nirea non facies non uis exemit achillem
  Croeſum aut pactoli quas parit humor opes:
Hic olim ignaros luctus populauit achiuos
  Atridæ magno cum ſtetit alter amor:
At tibi nauta pias hominum qui traiicis umbras
  Huc animæ portent corpus inanæ tuæ:
Qua ſiculæ uicto telluris claudius: & qua
  Cæſar ab humana ceſſit in aſtra uia.

DE Incontinentia mulerum.

O Biicitur totiens a te mihi noſtra libido
  Crede mihi uobis imperat iſta magis
Vos ubi contempti rupiſtis fræna pudoris
  Neſcitis capte mentis habere modum:
Flamma per incenſas citius ſedetur ariſtas
  Fluminaque ad fontis ſint reditura caput:
Et placidum ſyrtes portum & bona littora nautis
  Præbeat hoſpitio ſæua malea ſuo:
Quam poſſit ueſtros quiſquam deprehendere curſus
  Et rapide ſtimulos frangere nequitiæ:
Teſtis cretei faſtus quæ paſſa iuuenci
  Induit abiegnæ cornua falſa boui:
Teſtis theſſalico flagrans ſalmonis enipheo
  Quæ uoluit liquido tota ſubire deo:
Crimen & illa fuit patria ſuccenſa ſenecta
  Arboris in frondes condita myrrha nouæ:
Nam quid medeæ referam quo tempore matris
  Iram natorum cæde piauit amor?
Quid ue clytæmneſtræ propter quam tota mycenis
  Infamis ſtupro ſtat pelopea domus?
Tuque o minoa uenundata ſcylla figura
  Tondens purpurea regna paterna coma:
Hanc igitur dotem uirgo deſponderat hoſti
  Niſe tuas fraude recluſit amor:
At nos innuptæ felicius urite thedas
  Pendet cretea tracta puella rate
Non tamen immerito minos ſedet arbiter orci
  Victor erat quamuis æquus in hoſte fuit:

DE CONTEMPTORE AMICAE.

CRedis eum iam poſſe tuæ meminiſſe figuræ
Vidiſti a lecto quem dare uela tuo:
Durus qui lucro potuit mutare puellam.
Tantis ne in lachrymis africa tota fuit:
At tu ſtulta deos tu fingis inania uerba
Forſitan ille alio pectus amore terit:
Eſt tibi forma potens ſunt caſtæ paladis artes
Splendidaque a docto fama refulget auo:
Fortunata domus modo ſit tibi fidus amicus
Fidus ero in noſtros curre puella toros:
Tu quoque qui æſtiuos ſpatioſius exigis ignes
Phœbe moraturæ contrahe lucis iter:
Nox mihi prima uenit primæ date tempora noctis
Longius in primo luna morare toro:
Fœdera ſunt ponenda prius ſignandaque iura
Et ſcribenda mihi lex in amore nouo:
Hæc amor ipſe ſuo conſtringit pignora ſigno
Teſtis ſydereæ torta corona deæ:
Quam multæ ante meis cedent ſermonibus horæ
Dulcia quam nobis concitet arma uenus:
Nanque ubi non certo uincitur fœdere lectus
Non habet ultores nox uigilanda deos:
Et quibus impoſuit ſoluit nox uincla libido
Contineant nobis omnia prima fidem:
Ergo qui pactas in fœdere ruperit aras
Polueritque nouo ſacra marita toro:
Illi ſint quicunque ſolent in amore dolores
Et caput argutæ præbeat hyſtoriæ:
Nec flenti dominæ patefiant nocte feneſtræ
Semper amet fructu ſemper amoris egens:

AD CYNTHIAM.

MAgnum iter ad doctas proficiſci cogor athenas
Vt me longa graui ſoluat amore uia:
Creſcit enim aſſidue ſpectando cura puellæ
Ipſe alimenta ſibi maxima præbet amor:
Omnia ſunt tentata mihi quacunque fugari
Poſſit:at ex omni me premit ipſe deus:
Vix tamen aut ſemel admittit cum ſæpe negauit
Seu uenit extremo dormit amica toro:
Vnum erit auxilium mutatis cynthia terris
Quantum oculis animo tam procul ibit amor:
Nunc agite o ſocii propellite in æquora nauem
Remorumque pares ducite ſorte uices:
Iungiteque extremo felicia lintea malo
Iam liquidum nautis aura ſecundat iter:

Romanæ turres & uos ualeatis amici
  Qualiſcunque mihi tuque puella uale:
Ergo ego nunc rudis adriaci uehar æquoris hoſpes
  Cogar & undiſonos nunc prece adire deos:
Deinde per ionium uectus cum feſſa lycæo
  Sedarit placida uela phaſelus aqua:
Quod supereſt ſufferte pedes properate laborem
  Iſthmos qua terris arcet utrunque mare:
Inde ubi piræi capient me littora portus
  Scandam ego theſeæ brachia longa uiæ:
Illic uel ſtudiis animum emendare platonis
  Incipiam aut ortis docte epicure tuis:
Perſequar aut ſtudium linguæ & demoſthenis arma
  Librorumque tuos docte menandre ſales:
Aut certe tabulæ capient mea lumina pictæ
  Siue ebore exactæ ſeu magis aere manus:
Aut ſpatia annorum aut longa interualla profundi
  Lenibunt tacito:uulnera noſtra ſinu:
Seu moriar fato non turpi fractus amore
  Atque erit illa mihi mortis honeſta dies:

AD TVLLVM.

Frigida tam multos placuit tibi cyzicus annos
  Tulle propontiaca qua fluit iſthmos aqua:
Dindymus & ſacre fabricata inuenta cybelæ
  Raptoriſque tulit qua uia ditis equos:
Si te forte iuuant helles athamantides urbes
  Et deſyderio tulle mouere meo:
Tu licet aſpicias cælum omne atlanta gerentem
  Sectaque perſea phorcydos ora manu:
Geryone ſtabula & luctatum in puluere ſigna
  Herculis anteique heſperidumque choros:
Tuque tuo colchum propellas remige phaſin
  Peliacæque trabis totum iter ipſe legas:
Qua rudis argoa natat inter ſaxa columba
  In faciem proræ pinus adacta nouæ:
Si qua ue gygei uiſenda eſt ora cayſtri
  Et qua ſeptenas temperat unda uias:
Omnia romanæ cedent miracula terræ
  Natura hic poſuit quicquid ubique fuit:
Armis apta magis tellus q̃ commoda noxæ
  Famam roma tuæ non pudet hyſtoriæ:
Nam quantum ferro tantum pietate potentes
  Stamus:uictrices temperat ira manus:
Hic anio tiburne fluis clitũnus ab umbro
  Tramite:& æternum martius humor opus:

albanus

Albanus lacus & ſocii nemorenſis ab unda
Potaque pollucis lympha ſalubris equo:
At non ſquamoſo labuntur uentre ceraſtæ
Itala portentis nec fuit una nouis:
Non hic andromedæ reſonant pro matre catenæ
Nec tremis auſonias phœbe fugare dapes:
Nec cuiquam abſentes arſerunt in caput ignes
Exitium nato matre parante ſuo:
Penthea non ſæuæ uenantur in arbore bacchæ
Nec ſoluit danaas ſubdita cerua rates:
Cornua nec ualuit curuare in pellice iuno:
Aut faciem turpi dedecorare boue:
Arboreaſque cruces ſinis & non hoſpita grais
Saxa:& curuatas in ſua fata trabes:
Hæc tibi tulle parens hæc eſt pulcherrima ſedes
Hic tibi pro digna gente petendus honos:
Hic tibi ad elloquium ciues:hic ampla nepotum
Spes:& uenturæ coniugis aptus amor.
DE tabulis perditis.
e Ergo tam doctæ nobis periere tabellæ
Scripta quibus pariter tot periere bona:
Has quondam noſtris manibus detriuerat uſus
Qui non ſignatas iuſſit habere fidem:
Illæ iam ſine me norant placare puellas
Et quædam ſine me uerba diſerta loqui:
Non illas fixum caras effecerat aurum
Vulgari buxo ſordida cera fuit:
Qualeſcunque mihi ſemper manſere fideles
Semper & effectus promeruere bonos:
Forſitan hæc illis fuerant mandata tabellis
Iraſcor quoniam es lente moratus heri:
An tibi neſcio quæ uiſa eſt formoſior:an tu
Non bona de nobis crimina ficta iacis:
Aut dixti:uenies hodie ceſſabimus una
Hoſpitium tota nocte parauit amor:
Et quæcunque dolens reperit non ſtulta puella
Garrula cum blandis ducitur hora dolis:
Me miſerum his aliquis rationem ſcribit auari
Et ponit duras inter ephimeridas:
Quas ſi quis mihi retulerit donabitur auro
Quis pro diuitiis ſigna retenta uelit:
I puer & citius hæc aliqua præpone columna
Et dominum exquiliis ſcribe habitare tuum:
AD amicam ſuperbientem.
f Alſa eſt iſta tuæ mulier fiducia formæ

Olim oculis nimium facta ſuperba meis:
Noſter amor tales tribuit tibi cynthia laudes
Verſibus inſignem te pudet eſſe meis:
Mixtam te uaria laudaui ſæpe figura
Vt quod non eſſes eſſe putaret amor:
Et color eſt totiens roſeo collatus eoo
Cum tibi queſitus candor in ore foret:
Quod mihi non patrii poterant auertere amici
Eluere aut uaſto theſſala ſaga mari:
Hæc ego non ferro non igne coactus & ipſa
Naufragus ægæa uerba fatebor aqua:
Correptus ſcæuo ueneris torrebar aeno
Vinctus eram uerſas in mea terga manus:
Ecce coronatæ portum tetigere carinæ
Traiectæ ſyrtes:anchora iacta mihi eſt:
Nunc demum uaſto feſſi reſipiſcimus æſtu
Vulnera & ad ſanum nunc coiere mea:
Mens bona ſi qua deo eſt tua me in ſacraria dono
Exciderant ſurdo tot mea uota ioui.

AD CYNTHIAM.

Iſus eram poſitis inter conuiuia menſis
Et de me poterat quilibet eſſe loquax:
Quinque tibi potui ſeruire fideliter annos
Vngue meam morſo ſæpe querere fidem:
Nil moueor lachrymis iſta ſum captus ab arce
Semper ab inſidiis cynthia flere ſoles:
Flebo ego diſcedens:ſed fletum iniuria uincit:
Tu bene conueniens non ſinis eſſe iugum:
Limina iam noſtris ualeant lachrymantia uerbis
Nec tamen irata ianua fracta manu:
At te celatis ætas grauis urgeat annis
Et ueniat formæ ruga ſiniſtra tuæ:
Vellere tum cupies albos a ſtirpe capillos
A ſpeculo rugas increpitante tibi:
Excluſa inque uicem faſtus patiare ſuperbos
Et quæ feciſti facta queraris anus:
Has tibi fatalis cecinit mea pagina diras
Euentum formæ diſce timere tuæ:

LIBER QVARTVS.

HOc quodcũq; uides hoſpes q̃ maxĩa roma ẽ
Ante phrygẽ aeneam collis & herba fuit:
Atque ubi nauali ſtãt ſacra pallatia phœbo
Euandri profugæ concubuere boues:
Fictilibus creuere deis hæc aurea templa
Non fuit obprobrio facta ſine arte caſa:

tarpeius

Tarpeiuſque pater nuda de rupe tonabat
Et tyberis noſtris aduena bobus erat:
Quo gradibus domus iſta remi ſe ſuſtulit olim
Vnus erat fratrum maxima regna focus:
Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu
Pellitos ahbuit ruſtica corda patres:
Buccina cogebat priſcos ad uerba quirites
Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat:
Nec ſinuoſa cauo pendebant uela theatro
Pulpita ſolennis non olucre crocos:
Nulli cura fuit externos quærere diuos
Cum tremeret patrio pendula turba ſacro:
Annuaque accenſo celebrare palilia fœno
Qualia nunc curuo luſtra nouantur equo:
Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis
Ducebant macræ uilia ſacra boues:
Parua ſaginati luſtrabant compita porci
Paſtor & ad calamos exta litabat ouis:
Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator
Vnde lyceus fabius ſacra lupercus habet:
Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis
Miſcebant uſta prælia nuda ſude:
Prima galeritus poſuit prætoria lygmon
Magnaque pars tatio rerum erat inter oues
Hinc titiens ramneſque uiri luceréſque coloni
Quatuor hinc albos romulus egit equos:
Quippe ſuburbanæ parua minus urbe bouillæ
Et qui nunc nulli maxima turba gabii:
Et ſtetit alba potens albæ ſuis omine nata
Hac ubi fidenas longe erat ire uias:
Nil patrium niſi nomen habet romanus alumnus
Sanguinis altricem non putat eſſe lupam:
Huc melius profugos miſiſti troia penates
Heu quali uecta eſt dardana puppis aue:
Iam bene ſpondebant tunc omnia quod nihil illam
Læſerat abiegni uenter apertus equi:
Cum pater in gnati trepidus ceruice pependit
Et uerita eſt humeros urere flamma pios:
Tunc animi uenere decii brutique ſecures
Vexit & ipſa ſui cæſaris arma uenus:
Arma reſurgentis portans uictricia troiæ
Felix terra tuos cœpit iulle deos:
Si modo auernalis tremulæ cortina ſibyllæ
Dixit auentino rura pianda remo:
Aut ſi pgmeæ ſero rata carmina uatis

Longæuum ad priami uera fuere caput:
Vertite equum danai male uincitis:ilia tellus.
Viuet:& huic cineri iuppiter arma dabit:
Optima nutricum noſtris lupa martia rebus
Qualia creuerunt mœnia lacte tuo:
Mœnia nanque pio conor diſponere uerſu
Hei mihi quod noſtro eſt paruus in ore ſonus:
Sed tamen exiguo quodcunque e pectore riui
Fluxerit:hoc patriæ ſeruiat omne meæ:
Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona
Mi folia ex hedera porrige bache tua:
Vt noſtris tumefacta ſuperbiat umbria libris
Vmbria romani patria callimachi:
Scandentes ſi quis cernet de uallibus arces
Ingenio muros eſtimet ille meo:
Roma faue tibi ſurgit opus:date candida ciues
Omina:& inceptis dextera cantet auis
Sacra dieſque canam:& cognomina priſca locorum
Has meus ad metas ſudet oportet equus.
Quo ruis imprudens uage diſcere fata properti
Non ſunt a dextra condita fila colo
Acceſſis lachrymis cantus aduerſus apollo
Poſcis ab in uita uerba pigenda lyra
Certa feram certis auctoribus aut ego uates
Neſcius aerata ſigna mouere pila
Me creat archytæ ſoboles babylonius orops
Oron & a proauo ducta conone domus:
Dii mihi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis
Inque meis libris nil prius eſſe fide:
In precium fecere deos & fallitur auro
Iuppiter obliquæ ſigna iterata rotæ:
Feliceſque iouis ſtellas martiſque rapacis
Et graue ſaturni ſydus in omne caput:
Quid moueant piſces animoſaque ſigna leonis
Lotus & heſperia quid capricornus aqua:
Dicam troia cades & troica roma reſurges
Et maris & terræ longa ſepulchra canam:
Dixi ego cum geminos produceret aria natos
Illa dabat natis arma uetante deo:
Non poſſe ad patrios ſua pila referre penates
Nempe meam firmant nunc duo buſta fidem:
Quippe lupercus equi dum ſaucia protegit ora
Heu ſibi prolapſo non bene cauit equo:
Gallus at in caſtris dum credita ſigna tuetur
Concidit ante aquilæ roſtra cruenta ſuæ:

fatales

Fatales pueri duo funera matris auaræ
Vera ſed inuito contigit iſta fides:
Idem ego cum cinaræ traheret lucina dolores
Et facerent uteri pondera lenta moram:
Iunonis uotum facite impetrabile dixi
Illa parit:libris eſt data palma meis:
Hoc neque arenoſum lybiæ iouis explicat antrum
Aut ſibi commiſſos fibra locuta deos:
Aut ſi quis motas cornicis ſenſerit alas
Vmbraque nec magicis mortua prodit aquis:
Aſpicienda uia eſt cæli uerſuſque per aſtra
Trames:& ab zonis quinque petenda fides:
Exemplum graue erit calchas:nanque aulide ſoluit
Ille bene herentes ad pia ſaxa rates:
Idem agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ
Tinxit:& atrides uela cruenta dedit:
Nec rediere tamen danai:tu diruta fletum
Supprime:& euboicos reſpice troia ſinus:
Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes
Et natat exuuiis grecia preſſa ſuis:
Victor oilide rape nunc & dilige uatem
Quam uetat auelli ueſte minerua ſua:
Hactenus hiſtoriæ nunc ad tua deuehar aſtra
Incipe tu lachrymis æquus adeſſe nouis:
Vmbria te notis antiqua penatibus edit
Mentior an patriæ tangitur ora tuæ?
Qua nebuloſa cauo rorat meuania campo
Et lacus æſtiuis intepet umber aquis:
Scandentiſque aſis conſurgit uertice murus
Murus ab ingenio notior ille tuo:
Oſſaque legiſti non illa ætate legenda
Patris:& in tenues cogeris ipſe lares:
Nam tua cum multi uerſarent rura iuuenci
Abſtulit excultas pertica triſtis opes:
Mox ubi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo
Matris:& ante deos libera ſumpta toga:
Tum tibi pauca ſuo de carmine dictat apollo
Et uetat inſano uerba tonare foro:
Et tu finge elegos fallax opus hæc tua caſtra
Scribat ut exemplo cetera turba tuo:
Militiam ueneris blandis patiere ſub armis
Et ueneris pueris utilis hoſtis eris:
Nam tibi uictrices quaſcunque labore paraſti
Eludet palmas una puella tuas:
Vt bene confixum merito diſcuſſeris uncum

Nil erit: hæc roſtro te premet anſa ſuo:
Illius arbitrio noctem lucemque uidebis
Gutta quoque ex oculis non niſi iuſſa cadet:
Nec mille excubiæ nec te ſignata iuuabunt
Lumina: perſuaſæ fallere prima ſat eſt:
Nunc tua uel mediis puppis luctetur in undis
Vel licet armatis hoſtis inermis eas:
Vel tremefacta cauo tellus deducat hiatum
Octipedis cancri terga ſiniſtra time:

FABVLA VERTVMNI.

Q Vid mirare meas tot in uno corpore formas
Accipe uertumni ſigna petenda dei:
Tuſcus ego tuſcis orior nec pœnitet inter
Prælia uolſcinos deſeruiſſe focos:
Hæc me turba iuuat nec templo lætor eburno
Romanum ſatis eſt poſſe uidere forum:
Hac quondam tyberinus iter faciebat: & aiunt
Remorum auditos per uada pulſa ſones:
At poſtquam ille ſuis tantum conceſſit alumnis
Vertumnus uerſo dicor ab amne deus:
Seu quia uertentis fructum percepimus anni
Vertumni rurſus credidit eſſe ſacrum:
Prima mihi uariat liuentibus uua racemis
Et coma lactenti ſpicea fruge tumet:
Hic dulces ceraſos: hic autumnalia pruna
Cernis: & æſtiuo mora rubere die:
Inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona
Cum prius inuito ſtipite mala tulit:
Mendax fama noces: alius mihi nominis index
De ſe narranti tu modo crede deo:
Opportuna mea eſt cunctis natura figuris
In quancunque uoles uerte decorus ero:
Indue me cæis fiam non dura puella
Atque uirum ſumpta quis neget eſſe toga?
Da falcem & torto frontem mihi comprime fœno
Iurabis noſtra gramina ſecta manu:
Arma tuli quondam & memini laudabar in illis
Corbis in impoſito pondere meſſor eram:
Sobrius ad lites: at cum eſt impoſta corona
Clamabis capiti uina ſubiſſe meo:
Cinge caput mitra ſpeciem furabor iachi
Furabor phœbi ſi modo plectra dabis:
Caſſibus impoſitis uenor ſed harundine ſumpta
Faunus plumoſo ſum deus aucupio:
Eſt etiam aurigæ ſpecies uertumnus: & eius
traiicit

Traiicit alterno qui leue pondus equo:
Suppetat hoc piſces calamo prædabor & ibo
Mundus demiſſis inſtitor in tunicis:
Paſtorem ad baculum poſſum curare uel idem
Serpiculis medio puluere ferre roſam:
Nam quid ego adiiciam de quo mihi maxima fama eſt
Hortorum in manibus dona probata meis:
Ceruleus cucumis tumidoque cucurbita uentre
Me notat:& iunco braſſica uincta leui:
Nec flos ullus hiat pratis quin ille decenter
Impoſitus fronti langueat ante meæ:
At mihi quod formas unus uertebar in omnes
Nomen ab euentu patria lingua dedit:
At tu roma meis tribuiſti præmia tuſcis
Vnde hodie uicus nomina tuſcus habet:
Tempore quo ſotiis uenit licomedius armis
Atque ſabina feri contudit arma tacii:
Vidi ego labentes acies & tela caduca
Atque hoſtes turpi terga dediſſe fugæ:
Sed facias diuum ſator ut romana per euum
Tranſeat ante meos turba togata pedes:
Sex ſuperant uerſus te qui ad uadimonia curris
Non moror hæc ſpatiis ultima meta meis:
Stipes acernus eram properanti falce dolatus
Ante numam grata pauper in urbe deus:
At tibi mamuri formæ cælator ahenæ
Tellus artifices ne terat oſca manus.
Qui me tam docilis potuiſti fundere in uſus
Vnum opus eſt:operi non datur unus honos.

EPISTOLA Arethuſæ ad lycotem.

HAec arethuſa ſuo mittit mandata lycotæ
Cum totiens abſis ſi potes eſſe meus:
Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit
Hæc erit e lachrymis facta litura meis:
Aut ſi qua incerto fallet te littera tractu
Signa meæ dextræ iam morientis erunt:
Te modo uiderunt iteratos bactra per ortus
Te modo munitus henricus hoſtis equo:
Hibernique getæ:pictoque britannia curru
Vſtus & eoa diſcolor indus aqua:
Hæc ne marita fides hæ pactæ ſunt mihi noctes
Cum rudis urgenti brachia uicta dedi:
Quæ mihi deductæ fax omen prætulit illa
Traxit ab euerſo lumina nigra rogo:
Et ſtygio ſum ſparſa lacu:nec recta capillis

Vitta data eſt: nupſi non comitante deo:
Omnibus heu portis pendent mea noxia uota
Texitur hæc caſtris quarta lacerna tuis:
Occidat immerita qui carpſit ab arbore uallum
Et ſtruxit querulas rauca per oſſa tubas:
Dignior obliquo funem qui torqueat orno
Aeternuſque tuam paſcat aſelle famem.
Dic mihi dum teneros urit lorica lacertos
Num grauis in belles atterit aſta manus:
Hæc noceant potiusq̃ dentibus ulla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas:
Diceris & macie uultum tenuaſſe ſed opto
Et deſyderio ſit color iſte meo:
At mihi cum noctes induxit ueſper amaras
Si qua relicta iacent oſculor arma tua:
Tum queror in toto non ſidere pallia lecto
Lucis & auctores non dare carmen aues
Noctibus hybernis caſtrenſia penſa laboro:
Et tyria in gladios uellera ſecta ſuos:
Et diſco qua parte fluat uincendus araxes
Quot ſine aqua parthus milia currat equus:
Cogor & e tabula pictos ediſcere mundos
Qualis & hæc docti ſit poſitura dei:
Quæ tellus ſit lenta gelu: quæ putris ab æſtu
Ventus in italiam qui bene uela ferat:
Aſſidet una ſoror curis & pallida nutrix
Peierat hyberni temporis eſſe moras:
Fœlix hyppolite nuda tulit arma papilla
Et texit galea barbara molle caput:
Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis
Eſſem militiæ ſarcina fida tuæ:
Nec me tardarent ſcythiæ iuga: cum pater atlas
Aphricus in glaciem frigore nectit aquas:
Omnis amor magnus: ſed aperto in coniuge maior
Hanc uenus ut uiuat uentilat ipſa facem:
Nam mihi quo penis tibi purpura fulgeat oſtris
Cryſtalluſque tuas ornet aquoſa manus:
Omnia ſurda tacent: rariſque aſſueta calendis
Vix aperit clauſos una puella lares
Graucidos & catulæ uox eſt mihi grata querentis
Illa tui partem uendicat una tori
Flore ſacella tego uerbenis compita uelo
Et crepat ad ueteres herba ſabina focos:
Siue in furtiuo gemuit ſtans noctua tigno
Seu uoluit tingi parca lucerna mero:

Illa dies hornis cædem denunciat agnis
  Succinctæque calent ad noua lucra popæ:
Ne precor aſcenſis tanti ſit gloria bactris
  Rapta ue odorato carbaſa lina duci:
Plumbea cum tortæ ſparguntur pondera fundæ
  Subdolus & uerſis increpat arcus equis:
Sed tua ſit domitis parthæ telluris alumnis
  Pura triumphantis haſta ſequatur equos:
Incorrupta mei conſerua fœdera lecti
  Hac ego te ſola lege rediſſe uelim:
Armaque cum tulero portæ uotiua capenæ
  Subſcribam ſaluo grata puella uiro:

FABVLA TARPEIAE:

TArpeium nemus & tarpeiæ turpe ſepulchrum
  Fabor:& antiqui limina capta iouis:
Lucus erat felix hederoſo conditus antro
  Multaque natiuis obſtrepit arbor aquis:
Syluani ramoſa domus quo dulcis ab æſtu
  Fiſtula poturas ire iubebat oues:
Hunc tatius fontem uallo præcingit acerno
  Fidaque ſuggeſta caſtra coronat humo:
Quid tum roma fuit tubicen uicina curetis
  Cum quateret lento murmure ſaxa iouis:
Atque ubi nunc terris dicuntur iura ſubactis
  Stabant romano pila ſabina foro:
Murus erant montes ubi nunc eſt curia ſepta
  Bellicus ex illo fonte bibebat equus:
Hinc tarpeia deæ fontem libauit:at illi
  Vrgebat medium fictilis urna caput:
Et ſatis una malæ potuit mors eſſe puellæ
  Quæ uoluit flammas fallere ueſta tuas:
Vidit arenoſis tatium perludere campis
  Pictaque per flauas arma leuare iubas:
Obſtupuit regis facie:& regalibus armis
  Inter oblitas excidit urna manus:
Sæpe illa immeritæ cauſata eſt omina lunæ
  Et ſibi tingendas dixit in amne comas:
Sæpe tulit blandis argentea lilia nymphis
  Romula ne faciem læderet aſta taci:
Dumque ſubit primo capitolia nubila fumo
  Rettulit hirſutis brachia ſecta rubis:
Et ſua tarpeia reſidens ita fleuit ab arce
  Vulnera uicino compatienda ioui:
Ignes caſtrorum & taciæ prætoria turmæ
  Et formoſa oculis arma ſabina meis:

O utinam ad ueſtros ſedeam captiua penates
Dum captiua mei conſpicer eſſe taci
Romani montes & montibus abdita roma
Et ualeat probro ueſta pudenda meo:
Ille equus ille meos in caſtra reponet amores
Cui tacius dextras collocat ipſe iubas
Quid mirum in patrios ſcyllam ſcæuiſſe capillos.
Candidaque in ſæuos inguina uerſa canes
Prodita quid mirum fraterni cornua monſtri
Cum patuit lecto ſtamine torta uia:
Quantum ego ſum auſoniis crimen factura puellis
Improba uirgineo lecta miniſtra foco:
Pallados extinctos ſi quis mirabitur ignes
Ignoſcat lachrymis ſpargitur ara meis.
Cras (ut rumor ait) tota pugnabitur urbe
Tu cape ſpinoſi roſida terga iugi:
Lubrica tota uia eſt & perfida: quippe tacentes
Fallaci cælat limite ſemper aquas:
O utinam magicæ noſſem cantamina muſæ
Hæc quoque formoſo lingua tuliſſet opem
Te toga picta decet non quem ſine matris honore
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ
Sic hoſpes pariam tua quem regina ſub aula
Dos tibi non humilis prodita roma uenit:
Si minus at raptæ ne ſint impune ſabinæ
Me rape & alterna lege repende uices:
Comiſſas acies ego poſſum ſoluere nuptæ
Vos medium palla fœdus inite mea:
Adde hymenæe modos: tubicen fera murmura conde
Credite ueſtra meus molliet arma torus:
Et iam quarta canit uenturam bucina lucem
Ipſaque in oceanum ſydera lapſa cadunt
Experiar ſomnum de te mihi ſomnia quæram
Fac uenias oculis umbra benigna meis:
Dixit: & in certo permiſit brachia ſomno
Neſcia nefariis accubuiſſe nouis:
Nam ueſta iliacæ felix tutella fauillæ
Culpam alit: & plures condit in oſſa faces:
Illa ruit qualis celerem prope termodoonta
Strymonis abſciſſo fertur aperta ſinu:
Vrbi feſtus erat dixere palilia patres
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies:
Annua paſtorum conuiuia luſus in urbe
Cum pagana madent fercula diuitiis:
Cumque ſuper raros fœni flamantis aceruos

Traiicit immundas ebria turba dapes:
Romulus excubias decreuit in otia ſolui
Atque intermiſſa caſtra ſilere tuba:
Hoc tarpeia ſuum tempus rata conuenit hoſtem
Pacta ligat: pactis ipſa futura comes:
Mons erat aſcenſu dubius feſtoque remiſſus
Nec mora uocales occupat enſe canes:
Omnia præbebant ſomnos: ſed iuppiter unus
Decreuit pœnis inuigilare tuis:
Prodiderat portæque fidem patriamque iacentem
Nubendique petit quem uelit ipſa diem:
At tacius (neque enim ſceleri dedit hoſtis honorem)
Nube ait: & regni ſcande cubile mei:
Dixit: & ingeſtis comitum ſuper obruit armis
Hæc uirgo offitiis dos erat apta tuis:
A duce tarpeio mons eſt cognomen adeptus
O uigil iniuſtæ præmia ſortis habes:

IN LENAM.

TErra tuum ſpinis obducat lena ſepulchrum
Et tua quod non uis ſentiat umbra ſitim:
Nec ſedeant cineri manes: & cerberus ultor
Turpia ieiuno terreat oſſa ſono:
Docta uel hippolytum ueneri mollire negantem
Concordique toro peſſima ſemper auis
Penelopen quoque neglecto rumore mariti
Nubere laſciuo cogeret antinoo:
Illa uelit poterit magnes non ducere ferrum
Et uolucris nidis eſſe nouerca ſuis:
Quippe & collinas ad foſſam nouerit herbas
Stantia currenti diluerentur aqua:
Audax cantatæ leges imponere lunæ
Et ſua nocturno fallere terga lupo:
Poſſet & intentos aſtu cecare maritos
Cornicum immeritas eruit ungue genas:
Conſuluitque ſtriges noſtro de ſanguine: & in me
Hippomanes fœtæ ſemina legit equæ:
Exorabit opus uerbis ſeu blanda perurat
Saxoſamque ferat ſedula culpa uiam:
Si te eoa iuuat derorantem aurea ripa
Et quæ ſub tyria concha ſuperbit aqua:
Euripylique placet cææ textura mineruæ
Textaque ab attalicis putria ſigna toris:
Seu quæ palmiferæ mittunt uenalia thebæ
Murrheaque in parthis pocula cocta focis:
Sperne fidem prouolue deos mendatia uincant

Frange ac damnoſæ iura pudicitiæ
Et ſimulare uirum pretium facit: utere cauſis
Maior dilata nocte recurret amor:
Si tibi forte comas uexauerit utilis ira
Poſt modo mercata pace premendus erit:
Denique ubi amplexu uenerem promiſeris empto
Fac ſimiles puros ſyderis eſſe dies:
Ingerat apriles iole tibi condat amicle
Natalem malis idibus eſſe tuum:
Supplex ille ſedet poſita tu ſcribe catedra
Quidlibet has artes ſi pauet ille tenes:
Semper habe morſus circa tua colla recentes:
Litibus alterius quos putet eſſe datos:
Non te medeæ delectent probra ſequacis
Nempe tulit faſtus auſa rogare prior:
Sed potius blandi thais precioſa menandri
Cum ferit aſtutos comica mœcha getas:
In mores te uerte uiri ſi cantica iactat
I comes & uoces ebria iunge tuas:
Ianitor ad dantes uigilet: ſi pulſet inanis
Surdus in obductam ſomniet uſque ſeram:
Nec tibi diſpliceat miles non factus amori
Nauta nec attrita ſi ferat aera manu:
Aut quorum titulus per barbara colla pependit
Celati medio cum ſaliere foro
Aurum ſpectato non quæ manus afferat aurum.
Verſibus auditis quid niſi uerba feres
Qui uerſus cææ dederit nec munera ueſtis
Ipſius tibi ſit ſurda ſine arte lyra:
Dum uernat ſanguis dum rugis integer annis
Vtere ne quis eat liber amore dies
Vidi ego odorati uictura roſaria pæſti
Sub matutino cocta iacere noto:
His animos noſtræ dum uerſat acanthus amicæ
Pertenues oſſa ſunt numerata cutes:
Sed cape torquatæ uenus o regina columbæ
Ob meritum ante tuos guttura ſecta focos:
Vidi ego rugoſo tuſſim concreſcere collo
Sputaque per dentes ire crueta cauos:
Atque animam integetes putrem expirare paternas
Horruit algenti pocula curua foco:
Exequiæ fuerant rari furtiua capilli
Vincula: & immundo pallida mitra ſitu:
Et canis in noſtros nimis expreſta dolores
Cum fallenda meo pollice cultra forent

ſit tumulus

Sic tumulus lenæ curto uetus amphora collo
Vrgeat hunc ſupra uis caprifice tua:
Quiſquis amas ſcabris hoc buſtum cedito ſaxis
Mixtaque cum ſaxis adiice uerba mala.

DE SACRIFICIO.

SAcra facit uates ſint ora fauentia ſacris
Et cadat ante meos icta iuuenca focos:
Cera philippeis certet romana corymbis
Et cyreneas urna miniſtret aquas:
Coſtum molle date & blandi mihi thuris honores
Terque focum circa laneus orbis eat:
Spargite me lymphis carmenque recentibus aris
Tybia mygdoniis libet eburna cadis:
Ite procul fraudes alio ſint aere noxæ
Pura nouum uati laurea mollit iter:

DE CAESARE.

MVſa pallatini referemus apollinis ædem
Res eſt caliope digna fauore tuo,
Cæſaris in nomen ducuntur carmina: cæſar
Dum canitur quæſo iuppiter ipſe uaces:
Eſt phœbi fugiens athamana ad littora portus
Qua ſinus ioniæ murmura condit aquæ:
Actia iuleæ pelagus monumenta carinæ
Nautarum uotis non operoſa uia:
Huc mundi coiere manus ſtetit æquore moles
Pinea: nec remis æqua fauebat auis:
Altera claſſis erat tenero damnata quirino
Pilaque fœminea turpiter acta manu:
Hinc auguſta ratis plenis iouis omine uelis
Signaque iam patriæ uincere docta ſuæ:
Tandem acies geminos neruis lunarat in arcus
Armorum & radiis picta tremebat aqua:
Cum phœbus linquens ſtantem ſe uindice delen
Nam tulit iratos mobilis unda notos:
Aſtitit auguſti puppem ſuper: & noua flamma
Luxit in obliquam ter ſinuata facem:
Non ille attulerat crines in colla ſolutos
Aut teſtudineæ carmen inerme lyræ:
Sed quali aſpexit pelopeium agamemnona uultu
Egeſſitque auidis dorica caſtra rogis:
Aut qualis flexos ſoluit phytona per orbes
Serpentem: imbelles quem timuere lyræ:
Mox ait o longa mundi ſeruator ab alba
Auguſte hectoreis cognite maior auis:
Vince mari: iam terra tua eſt tibi militat arcus

Et fauet ex humeris hoc onus omne meis:
Solue metu patriam: quæ nunc te uindice freta:
Impoſuit proræ publica uota tuæ:
Quam niſi defendes murorum romulus augur:
Ire palatinas non bene uidit aues:
Et nimium remis audét prope turpe latinis
Principe te fluctus regia uela pati
Nec te ꝙ claſſis centenis remiget alis
Terreat inuito labitur illa mari:
Quodque uehunt proræ ceraunia ſaxa minantis
Tigna caua & pictos experiere metus:
Frangit & attollit uires in milite cauſa
Quæ niſi iuſta ſubeſt excutit arma pudor:
Tempus adeſt cōmitte rates ego temporis auctor
Ducam laurigera iulia roſtra manu:
Dixerat & pharetræ pondus conſumit in arcus
Proxima poſt arcus cæſaris haſta fuit:
Vincit roma: fide phœbi dat fœmina pœnas
Sceptra per ionias fracta uehuntur aquas:
At pater idalio miratur cæſar ab aſtro
Sum deus & noſtri ſanguinis iſta fides:
Proſequitur cantu triton: omneſque marinæ
Plauſerunt circa libera ſigna deæ
Illa petit nilum cymba male nixa fugaci
Hoc unum iuſſo nō moritura die:
Dii melius quantus mulier foret una triumphus
Ductus erat per quas ante iugurtha uias:
Actius hic traxit phœbus monumenta: quod eius
Vna decem uicit miſſa ſagitta rates:
Bella ſatis cecini citharam iam poſcit apollo
Victor: & ad placidos exuit arma choros:
Candida nunc molli ſubeant conuiuia luco
Blanditiæque fluant per mea colla roſae:
Vinaque fundantur prælis eliſa falernis
Terque lauet noſtras ſpica cyliſſa comas:
Ingenium potis irritet muſa poetis
Bacche ſoles phœbo fertilis eſſe tuo:
Ille paludoſos memoret ſeruire ſycambros
Cepheam hic meroen: fuſcaque regna canat
Hic referat ſero confeſſum fœdere parthum
Reddat ſigna remi mox dabit ipſe ſua:
Siue aliquis pharetris auguſtus parcet eois
Differat in pueros iſta trophea ſuos:
Gaude craſſe nigras ſi quid ſapis inter harenas
Ire per eufratem ad tua buſta licet:

ſic noctem

Sic noctem patera: ſic ducam carmine donec
Iniciat radios in mea uina dies.

AD CYNTHIAM.

Sunt aliquid manes lætum non omnia finit
Luridaque euinctos effugit umbra rogos:
Cynthia nanque meo uiſa eſt incumbere fulcro
Murmur ad extremæ nuper humata uiæ:
Cum mihi ab exequiis ſomnus penderet amoris
Et quererer lecti frigida regna mei:
Hoſdem habuit ſecum quibus eſt elata capillos
Hoſdem oculos lateri ueſtis aduſta fuit:
Et ſolitum digito berillon adederat ignis
Summaque letheus triuerat ora liquor:
Spirantiſque animos & uocem miſit: at illi
Pollicibus fragiles increpuere manus:
Perfide nec cuiquam melior ſperande puelæ
In te iam uires ſomnus habere poteſt:
Iam ne tibi exciderant uigilantis tecta ſubire
Et mea nocturnis trita feneſtra dolis:
Per quam demiſſo quotiens tibi fune pependi
Alterna ueniens in tua colla manu:
Sæpe uenus triuio commixta eſt pectore mixto
Fecerunt trepidas pectora noſtra uias:
Fœderis heu taciti cuius fallacia uerba
Non audituri diripuere noti:
At mihi non oculos quiſquam inclamauit euntis
Vnum impetraſſem te reuocante diem:
Nec crepuit fiſſa me propter arundine cuſtos
Læſit & obiectum tegula curta caput:
Denique quis noſtro curuum te funere uidit
Atram quis lachrymis incaluiſſe togam?
Si piguit portas ultra procedere: at illuc
Iuſſiſſes lectum lentius ire meum:
Cur uentos non ipſe rogis ingrate petiſti?
Cur nardo flammæ non oluere meæ?
Hoc etiam graue erat nulla mercede hiacynthos
Iniicere: & fracto buſta piare cado:
Lygdamus uratur candeſcat lamina uernæ
Senſi ego cum inſidiis pallida uina bibi:
Aut nomas archanas tollat uerſuta ſaliuas
Dicet damnatas ignea teſta manus.
Quæ modo per uiles inſpecta eſt publica noctes
Hæc nunc aurata ciclade ſignat humum:
Et grauiora rependit iniquis penſa quaſillis
Garrula de facie ſi qua locuta mea eſt:

Noſtraque quod pethale tulit ad monumenta coronas
  Codicis immundi uincula ſentit anus:
Ceditur & lalage tortis ſuſpenſa capillis
  Per nomen quoniam eſt auſa rogare meum:
Te patiente meæ conflauit imaginis aurum
  Ardente noſtro dotem habitura rogo:
Hon tamen inſector quamuis mereare properti
  Longa mea in libris regna fuere tuis:
Iuro ego fatorum nulli reuolubile carmen
  Tergeminuſque canis ſic mihi molle ſonet:
Me ſeruaſſe fidem: ſi fallo uipera noſtris
  Sibilet in tumulis: & ſuper oſſa cubet:
Nam gemina eſt ſedes turpem ſortita per amnem
  Turbaque diuerſa nauigat omnis aqua:
Vna clytemneſtræ ſtuprum uehit altera creſſæ
  Portat mentitæ lignea monſtra bouis
Ecce coronato pars altera uecta faſello
  Mulcet ubi elyſias aura beata roſas:
Qua numeroſa fides quaque errat turba cybeles
  Mitratiſque ſonant lydia plectra choris:
Andromedæq; et hypmeſtræ ſine fraude maritæ
  Narrant hiſtoriæ pectora nota ſuæ:
Hæc ſumma æternis queritur liuere cathenis
  Brachia nec meritas frigida ſaxa manus
Narrat hypermeſtræ magnum auſas eſſe ſorores
  In ſcelus hoc animum non ualuiſſe ſuum:
Sic mortis lachrymis uitæ ſanamus amores
  Celo ego perfidiæ crimina multa tuæ:
Sed tibi nunc mandata damus ſi forte moueris
  Si te non totum cloridos herba tenet:
Nutrix in tremulis ne quid deſideret annis
  Partheniæ patuit nec tibi amara fuit:
Delitiæque meæ lathris cui nomen ab uſu eſt
  Ne ſpeculum dominæ porrigat illa nouæ:
Et quoſcunque meo feciſti nomine uerſus
  Vre mihi laudes deſine habere meas:
Pelle hederam tumulo mihi quæ pugnante corymbo
  Mollia contortis alligat oſſa comis:
Ramoſis anio qua pomifer incubat aruis
  Et nunquam herculeo numine pallet ebur:
Hoc carmen media dignum me ſcribe columna:
  Sed breue quod currens uector ab urbe legat
Tiburtina iacet hic aurea cynthia terra
  Acceſſit ripæ laus anienæ tuæ:
Nec tu ſperne piis uenientia ſomnia portis

cum pia

Cum pia uenerunt ſomnia pondus habent:
Nocte uage ferimur nox clauſas liberat umbras
Errat & abiecta cerbarus ipſe fera:
Luce iubent leges lethea ad ſtagna reuerti
Nos uehimur uectum nauta recenſet onus:
Nec te poſſideant aliæ mox ſola tenebo
Mecum eris & mixtis oſſibus oſſa teram:
Hæc poſtquam querula mecum ſub uoce peregit
Inter complexus excidit umbra meos:

DE CYNTHIA ET DRACONE.

d Iſce quid exquilias hac nocte fugarit aquoſas
Cum uicina nouis turba cucurrit agris:
Lanuuium annoſi uetus eſt tutella draconis
Hic ubi tartareæ non perit hora moræ:
Qua ſacer abripitur cæco deſcenſus hiatu
Qua penetrat uirgo tale iter omne caue.
Ieiuni ſerpentis honos cum pabula poſcit
Annua:& ex ima ſibilla torquet humo:
Talia demiſſæ pallent ad ſacra puellæ
Cum temere anguineo creditur ore manus:
Ille ſibi admotas a uirgine corripit eſcas
Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt:
Si fuerint caſtæ redeunt in colla parentum
Clamatque agricolæ fertilis annus erit:
Huc mea detonſis auecta eſt cynthia ab annis
Cauſa fuit iuno ſed mage cauſa uenus:
Appia dic quæſo quantum te teſte triumphum
Egerit effuſis per tua ſaxa rotis:
Turpis in archana ſonuit cum rixa taberna
Si ſine me famæ non ſine labe meæ:
Spectaculum ipſa ſedens primo temone pependit
Auſa per impuros frena mouere locos:
Syriganam tracto uolſi carpenta nepote
Atque armillatos colla molloſſa canes:
Qui dabit immundæ uenalia facta saginæ
Vincet ubi craſſas barba pudenda genas:
Cum fieret noſtro totiens iniuria lecto
Mutato uoluit caſtra mouere toro:

DE magno cynthiæ amore erga ſe.

p Hyllis auentinæ quædam eſt uicina dianæ
Sobria grata parum:cum bibit omne decet
Altera tarpeios eſt inter theia lucos
Candida:ſed potæ non ſatis unus erit:
His ego conſtitui noctem lenire uocatis
Et uenere ignota furta nouare mea:

Vnus erat tribus in ſecreta lectulus herba
   Quæris concubitus? inter utranque fui
Lygdamus ad cyathos utrique æſtiua ſupellex
   Methymnei grata ſaliua meri:
Nile tuus tybicen erat coralyſtria phylis
   Et facilis ſpargi munda ſine arte roſa:
Magnus & ipſe ſuos breuiter concretus in artus
   Iactabat truncas ad caua buxa manus:
Sed neque ſupletis conſtabat flamma lucernis
   Decidit inque ſuos menſa ſupina pedes
Me quoque per talos uenerem querente ſecundos
   Semper damnoſi ſubſiluere canes:
Cantabant ſurdo nudabant pectora cæco
   Lanuuii ad portas hei mihi ſolus eram:
Cum ſubito rauci ſonuerunt cardine poſtes
   Et leuia ad primos murmura facta lares:
Nec mora cum totas reſupinat cymthia ualuas
   Non operoſa comis ſed furibunda decens:
Pocula mi digitos inter cecidere remiſſos
   Palluerantque ipſo labra ſoluta mero:
Fulminat illa oculis & quantum fœmina ſæuit
   Spectaculum capta nec minus urbe fuit:
Phylidos iratos in uultum coniicit ungues
   Territa uicinas theia clamat aquas:
Lumina ſopitos turbant elata quirites
   Omnis & inſana ſemita nocte ſonat:
Illa direptiſque comis tuniciſque ſolutis
   Excipit obſcuræ prima taberna uiæ:
Cynthia in exuuiis gaudet uictrixque recurrit
   Et mea peruerſa ſauciat ora manu:
Imponitque notam collo morſuque cruentat
   Præcipuæque oculos qui meruere ferit:
Atque ubi iam noſtris laſſauit brachia plagis
   Lygdamus ad putei fuſca ſiniſta latens:
Exuitur geniumque meum pro ſtratus adorat
   Lygdame nil potui tecum ego captus eram:
Supplicibus palmis tum demum ad fœdera ueni
   Cum uix tangendos præbuit illa pedes:
Atque ait admiſſæ ſi uis me ignoſcere culpæ
   Accipe quæ noſtræ formula legis erit:
Tu neque pompeia ſpaciabere cultus in umbra
   Nec cum laſciuum ſternet arena forum:
Colla caue inflectas ad ſummum obliqua theatrum
   Aut lectica tuæ ſudet aperta moræ:
Lygdamus imprimis omnis mihi cauſa querelæ

ueneat

Veneat & pedibus uincula bina trahat:
Indixit leges reſpondi ego legibus utar
Riſerat imperio facta ſuperba dato:
Dein quencunque locum externæ tetigere puellæ
Suffocat & pura limina tergit aqua:
Imperat & totas iterum mutare lacernas
Terque meum tetigit ſulphuris igne caput:
Atque ita mutato per ſingula pallia lecto
Reſpondi & toto ſoluimus arma toro:

DE HERCVLE.

Amphytrioniades qua tempeſtate iuuencos
Egerat a ſtabulis o erythræe tuis:
Venit ad inuictos pecoroſa palatia montes
Et ſtatuit feſſos feſſus & ipſe boues:
Qua uelabra ſuo ſtagnabant flumine: quaque
Nauta per urbanas uelificabat aquas:
Sed non infido manſerunt hoſpite caco
Incolumes: furto polluit ille locum:
Incola cacus erat metuendo raptor ab antro
Per tria partitos qui dabat ora ſonos:
Hic ne certa forent manifeſtæ ſigna rapinæ
Auerſos cauda traxit in antra boues:
Nec ſine teſte deo furem ſonuere iuuenci
Furis & in placidas diruit ira fores:
Menalio iacuit pulſus tria tempora ramo
Cacus: & alcides ſic ait ite boues:
Herculis ite boues noſtræ labor ultimæ clauæ
Bis mihi quæſite bis mea præda boues:
Aruaque mugitu ſancite boaria longo
Nobile erit romæ paſcua ueſtra forum:
Dixerat: & ſicco torret ſitis ora palato
Terraque nonullas fœta miniſtrat aquas:
Sed procul incluſas audit ridere puellas
Lucus ab umbroſo fecerat orbe nemus:
Fœmineæ loca clauſa deæ fonteſque piandos
Impune & nullis ſacra retecta uiris:
Deuia puniceæ uelabant limina uictæ
Putris odorato luxerat igne caſa:
Populus & longis ornabat frondibus ædem
Multaque cantantes umbra tegebat aues:
Huc ruit in ſiccam congeſto puluere barbam
Et iacit ante fores uerba minora deo:
Vos precor o luci ſacro quæ luditis antro
Pandite defeſſis hoſpita ueſtra uiris:
Fontis egens erro circaque ſonantia lymphis

Et caua ſuſcepto flumine palma ſat eſt:
Audiſtis ne aliquem tergo qui ſuſtulit orbem?
Ille ego ſum:alcidem terra recepta uocat.
Quis facta herculeæ non audit fortia clauæ
Et nunquam ad uarias irrita tela feras:
Atq; uni ſtygias hominum luxiſſe tenebras.
Accipit hæc feſſo uix mihi terra patet:
Quod ſi iunoni ſacrum faceretis amaræ
Non clauſiſſet aquas ipſa nouerca ſuas
Sin aliquem uultuſque meus ſetæq; leonis
Terrent & libyco ſole peruſta coma:
Idem ego ſidonia feci ſeruilia palla
Officia & lydo penſa diurna collo:
Mollis & hirſutum cœpit mihi faſcia pectus
Et manibus duris apta puella fui:
Talibus alcides:at talibus alma ſacerdos
Puniceo canas ſtamine uincta comas:
Parce oculis hoſpes lucoque abſcede uerendo
Cede:agedum & tuta limina lique fuga:
Interdicta uiris metuēda lege piatur
Quæ ſe ſummota uindicat ara caſa
Magnam tyreſias aſpexit pallada uates
Fortia dum poſita gorgone membra lauat
Dii tibi dent alios fontes:hæc lympha puellis
Auia ſecreti limitis una fuit:
Sic anus ille humeris poſtes concuſſit opacos
Nec tulit iratam ianua clauſa ſitim:
At poſtquam exhauſto iam flumine uicerat æſtum
Ponit uix ſiccis triſtia iura labris:
Angulus hic mundi nunc me mea fata trahentem
Accipit:hæc feſſo uix mihi terra patet:
Maxina quæ gregibus deuota eſt ara reptis
Ara per has inquit maxima facta manus:
Hæc nullis unquam pateat ueneranda puellis
Herculis eximii ne ſit in ulta ſitis:
Sancte pater ſalue cui iam fauet aſpera iuno
Sancte uelis libro dexter ineſſe meo:
Hunc quoniam manibus purgatum ſenſerat orbem
Sic ſanctum tacie compoſuere cures

QVALITER appellatur iuppiter feretrius

NVnc iouis incipiam cauſas aperire feretri
Armaque deducibus trina recepta tribus:
Magnum iter aſcendo:ſed dat mihi gloria uires
Non iuuat ex facili lecta corona iugo:
Induis exemplum primæ tu romule palmæ

Huius & eximio plenus ab hoſte redis:
Tempore quo portas ceninum acronta petentem
Victor in euerſum cuſpide fundis equum:
Acron herculeus cenina ductor ab arce
Roma tuis quondam finibus horror erat:
Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare quirini
Ipſe dedit ſed non ſanguine ſicca ſuo:
Hunc uidet ante cauas uibrantem ſpicula turres
Romulus:& uotis occupat ante ratis:
Iuppiter hæc hodie tibi uictima corruet acron
Vouerat & ſpolium corruit ille ioui:
Vrbis uirtutiſque parens ſic uincere ſueuit
Qui tulit aprico frigida caſtra lare:
Idem eques & frenis idem fuit aptus aratris
Et galea hirſuta compta lupina iuba:
Picta nec inducto fulgebat parma piropo
Præbebant cæſi baltea lenta boues:
Coſſus at inſequitur uehentis cæde tolumni
Vincere cum ueios poſſe laboris erat:
Nec ultra tyberim belli ſonus ultima preda
Nomentum & raptæ iugera trita choræ:
Et ueii ueteres & uos tum præda fuiſtis
Et ueſtra poſita eſt aurea ſella foro:
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat:& in ueſtris oſſibus arua ferunt:
Forte ſuper portæ dux ueius aſtitit arcem
Colloquiumque ſua fretus ab urbe dedit:
Dunque aries murum cornu pulſabat aheno
Vineaque inductum longa tegebat opus:
Coſſus ait forti melius cōcurrere campo
Nec mora fit plano ſiſtit uterque gradu:
Dii latias iuuere manus deſecta tolumni
Ceruix:romanos ſanguine lauit equos:
Claudius a rheno traiectos arcuit hoſtes
Belgica cum uaſti parma relata ducis:
Vncomani genus hic rheno iactabat ab ipſo
Nobilis erectis fundere geſſa rotis:
Illi uirgatis iaculantis ab inguine brachis
Torquis ab inciſa decidit uncagula:
Nunc ſpolia in templo tria condita cauſa feretri
Omine quod certo dux ferit ante ducem:
Seu quia uicta ſuis humeris hæc arma ferebant
Hinc feretri dicta eſt ara ſuperba iouis;

AD PAVLVM.

DEſine paule meum lachrymis urgere ſepulchrum
Panditur ad nullas ianua nigra preces:
Cum ſemel infernas intrarunt funera leges
Non exorato ſtant adamante uiæ:
Te licet orantē fuſcæ deus audiat aulæ
Nempe tuas lachrymas littora ſurda bibent:
Vota mouent ſuperos ubi portitor æra recepit
Obſerat umbroſos lurida porta rogos:
Sic mœſte cecinere tubæ cum ſubdita noſtrum
Detraheret lecto fax inimica caput
Quid mihi coniugium pauli? quid currus auorum
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ:
Num minus immites habuit cornelia parcas?
Et ſum quod digitis quinque leuatur onus;
Damnatæ noctes:& uos uada lenta paludes
Et quæcunque meos implicat unda pedes:
Immatura licet tamen huc non noxia ueni
Det pater hic umbræ mollia iura meæ:
Aut ſiquis poſita iudex ſedet æacus urna
In mea ſortita iudicet oſſa pila
Aſſideant fratres iuxta minoia ſella
Eumenidum intento turba ſeuera foro:
Siſyphe molle uaces taceant iſionis orbes
Fallax tantaleo corripiare liquor:
Cerberus & nullas hodie petat improbus umbras
Et iaceat tacita lapſa cathena ſera:
Ipſa loquor pro me:ſi fallor pœna ſororum
Infelix humeros urgeat urna meos:
Si cui fama fuit per auita decora trophea
Vera numantinos regna loquuntur auos:
Altera maternos exæquat turba ligones
Et domus eſt titulis utraque fulta ſuis:
Mox ubi iam facibus ceſſit prætexta maritis
Vinxit & acceptas altera uitta comas
Iungor paule tuo cum diſceſſura cubili
In lapide hoc uni nupta fuiſſe legar:
Teſtor maiorum cineres tibi roma colendos
Sub quorum titulis aphrica tunſa iaces
Et perſen proaui ſtimulantem pectus achillis
Quique tuas proauo fregit achille domos
Me neque cenſuræ legem moliſſe:nec ulla
Labe mea noſtros erubuiſſe focos:
Non fuit exuuiis tantis cornelia damnum
Quin & erat magnæ pars imitanda domus:
Nec mea mutata eſt ætas ſine crimine tota

Viximus inſignes inter utranque facem:
Mi natura dedit leges a ſanguine ductas
Ne poſſim melior iudicis eſſe metu:
Quælibet auſteras de me ferat urna tabellas
Turpior aſſenſu non erit ulla meo:
Vel tu quæ tardam mouiſti fune cybellem
Claudia turrite rara miniſtra deæ:
Vel cui commiſſos cum ueſta repoſceret ignes
Exhibuit uiuos carbaſus alba focos:
Nec te dulce caput mater ſtrabonia læſi
In me mutatum quid niſi fata uelis:
Maternis laudor lachrymis urbiſque querelis
Deffenſa & gemitu cæſaris oſſa mea:
Ille ſua nata dignam uixiſſe ſororem
Increpat:& lachrymas uidimus ire deo:
Et tamen emerui generoſos ueſtis honores
Nec mea de ſterili facta rapina domo:
Te lepide & te paule meum poſt fata leuamen
Condita ſunt ueſtro lumina noſtra ſinu:
Vidimus & fratrem ſellam geminaſſe curulem
Conſule quo facto tempore rapta ſoror:
Filia tu ſpecimen cenſuræ nacta paternæ
Fac teneas unum nos imitata uirum:
Et ſerie fulcite genus mihi cymba uolenti
Soluitur aucturis tot mea fata malis:
Hæc eſt fœminei merces extrema triumphi
Laudat ubi emeritum libera fama rogum:
Nunc tibi commendo communia pignora natos
Hæc cura & cineri ſpirat inuſta meo:
Fungere maternis uicibus pater:illa meorum
Omnis erit collo turba ferenda tuo:
Oſcula cum dederis tua flentibus abiice matrem
Tota domus cœpit nunc onus eſſe tuum:
Et ſi quid doliturus eris ſine teſtibus illis:
Cum uenient ſiccis oſcula falle genis:
Sat tibi ſunt noctes quas de me paule fatiges
Somniaque in faciem credita ſæpe meam:
Atque ubi ſecreto noſtra ad ſimulacra loqueris
Vt reſponſure ſingula uerba tace:
Seu tamen aduerſum mutarit ianua lectum
Sederit & noſtro cauta nouerca toro.
Coniugium pueri laudate & ferte paternum
Capta dabit ueſtris moribus illa manus:
Nec matrem laudate nimis collata priori
Vertet in offenſas libera uerba ſuas:

Nec memor ille mea contentus manſerit umbra:
Et tanti cineres dixerit eſſe meos:
Diſcite uenturam iam nunc ſentire ſenectam
Cælibis ad curas nec uacet ulla uia:
Quod mihi detractum eſt ueſtros accedat ad annos
Prole mea paulum ſic iuuet eſſe ſenem:
Et bene habet nunq̃ mater lubricia ſumptum
Venit in exequias tota caterua meas:
Cauſa perorata eſt flentes me ſurgite teſtes
Dum pretium uitæ grata rependit humus:
Moribus & cælum patuit: ſim digna merendo
Cuius honoratis aſſa uehuntur equis.

FINIS.

Carmina quis potuit tuto legiſſe tibulli?
Vel tua cuius opus cynthia ſola fuit?

Ardoris noſtri magne poeta iaces.

PAPINII STATII NEAPOLITANI SYLVARVM. LIBER PRIMVS AD STELLAM

DIV multumque dubitaui Stella iuuenis opti-
me:& in ſtudiis noſtris eminentiſſime: qua par
te uoluiſti: an hos libellos qui mihi ſubito calo
re & quadam feſtinandi uoluptate fluxerunt:
cum ſinguli de ſinu meo prodiiſſent: cõgrega-
tos ipſe dimitterem. Quid enim oportet huius quoque au
ctoritate editionis onerari: quod adhuc pro Thebaide mea
(q̃uis me reliquerit) timeo: Sed & culicẽ legimus: & batra-
chomyomachiã ẽt agnoſcimus. Nec quiſquam eſt illuſtriũ
poetarum qui nõ aliquid operibus ſuis ſtilo remiſſiore præ
luſerit. Quid ꝗ hæc ſerum erat continere: cum illa uos cer
te quorũ honori data ſunt haberetis. Sed apud cæteros ne-
ceſſe eſt multũ illis pereat ex uenia: cum amiſerint quam
ſolam habuerit gratiam celeritatis. Nullum enim ex illis bi
duo longius tractum: quædam & in ſingulis diebus effuſa
Quam quis metuo uerum iſtuc uerſus quoque ipſi de ſe ꝓ
bent. Primus libellus ſacroſanctum habet teſtẽ. Sumẽdum
enim erat a Ioue principium. Cæterum hos uerſus quos in
equũ maximũ feci ĩdulgẽtiſſimo ĩperatori: poſtero die quã
dedicauerat opus tradere iuſſus ſum. Potuiſti illud (dicet
aliquis) & ante uidiſſe. Reſpondebis illi tu Stella cariſſime
qui epithalamion tuum: quod mihi iniunxeras ſcis biduo
ſcriptũ. Audacter mehercle. Sed tamen. cclxxvii. exametros
habet: & fortaſſe tu pro collega mẽtieris. Manlius certe uo-
piſcus uir eruditiſſimus: & qui præcipue uindicat a ſitu lit
teras iam pene fugientes: ſolet ultro quoque nomine meo
gloriari & uillam tiburtinam ſuã deſcriptam a nobis uno
die. Sequitur libellus Rutilio gallico ualenti dedicatus. De
quo nihil dico: ne uidear defuncti teſtis occaſione mentiri
Nam claudi hetruſci teſtimoniũ eſt. Qui balneolum a me
ſuum intra moram cœne recepit. In fine ſunt kl. decembr.
quibus utique creditur. Noctem enim illam feliciſſimam
habent & uoluptatibus publicis inexpertam.

IN EQ VVM MAXIMVM IMP.DOMI.

QVE SVPER IMPOSITO
moles gemmata coloſſo
Stat latium complexa forum: cælone peractũ
F luxit opus? ſiculis an conformata caminis
E ffigies laſſum ſteropem: brontemque reliquit?
A n te palladiæ talem germanice nobis
E ffinxere manus: qualem modo frena tenentem
R henus: & attoniti uidit domus ardua daci:
N unc age fama prior notum per ſæcula nomen
D ardanii miretur equi: cui uertice ſacro
D indymon: & cæſis decreuit frondibus ida:
H unc neque diſciſſis cepiſſent pergama muris
N ec grege permixto pueri innuptæque puellæ
I pſe nec æneas: nec magnus duceret hector
A dde ꝙ ille nocens: ſæuoſq; amplexus achiuos
H unc mitis commendat eques: iuuat ora tueri
M ixta notis belli: placidamque gerentia pacem
N ec ueris maiora putes: par forma: decerque
P ar honor exhauſtis martem non altius armis
B iſtonius portat ſonipes: magnoque ſuperbit
P ondere nec tardo raptus prope flumina curſu
F umat: & ingenti propellit ſtrymona flatu
P ar operi ſedes: hinc obuia limina pandit.
Q ui feſſus bellis aſſertæ munere prolis
P rimus iter noſtris oſtendit in ethera diuis
D iſcitur e uultu quantum tu mitior armis
Q ui nec in externos facilis ſæuire furores
D as cattis daciſque fidem: te ſigna ferente
E t minor in leges iret gener: & cato caſtris
A t laterum paſſus hinc iulia tecta tuentur
I llinc belligeri ſublimis regia pauli
T erga pater blandoque uidet concordia uultu:
I pſe autem puro celſum caput aere ſeptus
T empla ſuperfulges & proſpectare uideris
A n noua contemptis ſurgant palatia flammis
P ulchrius an tacita uigilet face troicus ignis
A tque exploratas iam laudet ueſta miniſtras
D extra uetat pugnas leuam tritonia uirgo
N on grauat: & ſectæ prætendit colla meduſæ
C eu ſtimulis accendit equum nec dulcior uſquam
L ecta deæ ſedes nec ſi pater ipſe teneres
P ectora quæ mundi ualeant euoluere curas:
E t quis ſe totis themeſe dedit hauſta metallis

I t tergo demiſſa chlamis latus enſe quieto
S ecurum magnus quanto mucrone minatur
N octibus hybernis & ſydera terret orion
A t ſonipes habitus animoſq; imitatus equeſtris
A crius attollit uultus: curſumque minatur
C ui rigidis ſtant colla iubis: uiuuſque per armos
I mpetus & tantis calcaribus ilia late
S uffectura patent: uacuæ pro ceſpite terræ
A enea captiui crimen tegit ungula rheni
H unc & adraſtrus uiſum extimuiſſet arion
E t pauet aſpiciens ledeus ab æde propinqua
C yllarus: hic domini nunquam mutabit habenas
P erpetuis frenis atque uni ſeruiet aſtro
V ix ſola ſufficiunt inſeſſaque pondere tanto
S ubter anhelat humus: nec ferro aut ære laborant
S ub genio teneat quamuis æterna crepido
Q uæ ſuper ingentis portaret culmina montis
C æliferiq; attrita genu duraſſet athlantis
N ec longæ traxere moræ iuuat ipſa labores
F orma dei præſens operique intenta iuuentus
M iratur plus poſſe manus: ſtrepit ardua pulſu
M achina continuus ſeptem per culmina montis
I t fragor & magnæ fingit uaga murmura romæ
I pſe loci cuſtos cuius ſacrata uorago
F amoſique lacus nomen memorabile ſeruat
I nnumeros aeris ſonitus. & uerbere crudo
V t ſenſit mugire forum: mouet horrida ſancto
O ra ſitu: meritaque caput uenerabile quercu.
A c primum ingentes habitus lucemque coruſcam
E xpauit maioris equi: terque ardua merſit
C olla lacu trepidus: lætus mox præſide uiſo
S alue magnorum proles genitorque deorum
A uditum longe numen mihi nunc mea felix
N unc ueneranda palus cum te prope noſce: tuūque
I mmortale iubar uicina ſede tueri
C onceſſum: ſimul auctor ego inuentorque ſalutis
R omuleæ: tu bella iouis. tu prælia rheni
T u ciuile nefas: tu tardum in fœdera montem
L ongo marte domas: quod ſi te noſtra tuliſſent
S æcula: tentaſſes me non audente profundes
I re lacus: ſed roma tuas tenuiſſet habenas
C edat equus latiæ qui contra templa diones
C æſarei ſtat ſede fori: quem traderis auſus
P elleo liſyppe duci: mox cæſaris ora
A urata ceruice tulit: uix lumine feſſo

explores

Explores q̄ longus in hunc deſpectus ab illo.
Quis rudis uſque adeo:qui non ut uiderit ambos
Tantum dicat equos:quantum diſtare regentes
Non hoc imbriferas hyemes opus aut iouis ignem
Tergeminum:æolii non agmina carceris horret
Annorum ue moras:ſtabit dum terra poluſque
Dum romana dies:hoc & ſub nocte ſilenti
Cum ſuperis terrena placent:tua uerba relicto
Labetur cælo:miſcebitque oſcula iuxta
Ibi in amplexus natus fraterque paterque
Et ſoror:una locum ceruix dabit omnibus aſtris
Vtere perpetuum populi magnique ſenatus
Munere apelleæ cuperent te ſcribere ceræ
Optaſſet que nouo ſimilem te ponere templo
Atticus elei ſenior iouis:& tua mitis:
Ora tonans tua ſydereas imitantia flammas
Lumina contempto malet rhodos aſpera phœbo
Certus ames terras:& quæ tibi templa dicamus
Ipſe colas:nec te cæli iuuet aula tuoſque
Lætius huic dono uideas dare thura nepotes.

Epithalamion in Stellam poetam &
Violantilam Stellæ coniugem.

UNde ſacro latii ſonuerunt carmine montes
Cui pæan noua plectra moues humeroq; comāti
Facundum ſuſpendis ebur:procul ecce canoro
Demigrant helicone deæ quatiuntque nouena
Lampade ſolemnem thalamis coeuntibus ignem
Et de pieriis uocalem fontibus undam
Quas inter uultu petulans elegia propinquat
Celſior aſſueto:diuaſque hortatur & ambit
Alternum factura pedem:decimamque uideri
Se cupit:& medias fallit permixta ſorores
Ipſa manu nuptam genitrix aeneia ducit
Lumine demiſſam:& dulci probitate rubētem
Ipſa thoros & ſacra parat:caetuque latino
Diſſimulata deam:crinem uultumque genaſque
Temperat:atque noua geſtit minor ire marita
Noſco diem cauſaſque ſacri:te concinit iſte
Pande fores te ſtella chorus tibi phœbus & euahn
Et de menalia uolucer tegeaticus umbra
Serta ferunt:nec blandus amor:nec gratia ceſſat:
Amplexum niueos optatæ coniugis artus
Floribus innumeris:& olenti ſpargere tymbra
Tu modo fronte roſas mollis modo lilia mixta
Excipis:& dominae niueis a uultibus obſtas

Ergo dies aderat parcarum conditus albo
Vellere quo ſtellæ:uiolanthillæque profeſſus
Clamaretur hymen:cedant curæque metuſque
Ceſſent mendaces obliqui carminis aſtus
Fama tace:ſubiit leges & frena momordit
Ille ſolutus amor conſumpta eſt fabula uulgi
Et narrata diu uiderunt oſcula ciues
Tu tamẽ attonitus q̃uis data copia tantæ
Noctis adhuc optas promiſſaq; numine dextro
Vota paues pone o dulcis ſuſpiria uates
Pone tua eſt:licet expoſitum per limen aperto
Ire redire gradu:iam nuſq̃ ianitor aut lex
Aut pudor amplexu tandem ſaciare potito
Coniugis & duras pariter reminiſcere noctes
Digna quidem merces:& ſi tibi iuno labores
Herculeos:ſtygiis & ſi concurrere monſtris
Fata darent:ſi cyaneos raperere per æſtus
Hanc propter tutum piſea lege trementem
Currere & ænomai fremitus audire ſequentis
Nec ſi dardania paſtor temerarius ida
Veniſſes hæc dona forent:nec ſi alama per auras
Te potius prenſa ueheret titonia biga
Sed quæ cauſa thoros inopinaq; gaudia uati
Attulit hic mecum dum feruent agmine poſtes
Atriaque & multa pulſantur limina uirga
Hic erato iucunda doce uacat apta mouere
Colloquia:& docti norunt audire penates:
Forte ſerenati qua ſtat plaga latea cæli
Alma uenus thalamo pulſa modo nocte iacebat
Amplexu duro getici reſoluta mariti
Fulcra toroſque deæ tenerum premit agmen amorum
Signa petunt quas ferre faces:quæ pectora figi
Imperet:an terris ſæuire an malit in undis
An miſcere deos:an adhuc uexare tonantem
Ipſi animus nondum:nec cordi fixa uoluntas
Feſſa iacet ſtratis ubi quondam conſcia culpæ
Lemnia repſerunt deprenſo uincula lecto
Hic puer e turba uolucrum cui plurimus ignis
Ore manuque leui nunq̃ fruſtrata ſagitita:
Agmine de medio tenera ſic dulce profatus
Voce:pharetrati preſſere ſilentia fratres
Scis ut mater ait nulla mihi dextera ſegnis
Militia quencunque hominum diuumque dediſti
Vritur:at quondam lachrymis & ſupplice dextra
Et uotis precibuſque uirum concede moueri

o genitrix

O genitrix duro nec enim ex adamante creati
Sed tua turba ſimus: clarus de gente latina
Eſt iuuenis quem patriciis maioribus ortum
Nobilitas gauiſa tulit: præſagaque formæ
Protinus e noſtro poſuit cognomina cælo
Hunc egomet tota: quondam tibi dulce pharetra
Improbus: & denſa trepidantem cuſpide fixi
Quamuis auſoniis multum gener ille petitus
Matribus edomui uictum: dominæque potentis
Ferre iugum & longos iuſſi ſperare per annos
Aſt illam ſumma leuiter (ſic namque iubebas)
Lampade parcentes: & inermi ſtrinximus arcu
Ex illo quantos iuuenis præmat anxius ignes
Teſtis ego attonitus quantum me nocte dieque
Vrgentem ferat: haud ulli uehementior unquam
Incubui genitrix iterataque uulnera fixi
Vidi ego: & immiti cupidum decurrere campo
Hypomenen nec ſic meta pallebat in ipſa
Vidi & abideni iuuenis certantia remis
Brachia laudauique manus & ſæpe natanti
Præluſi: minor ille calor: quo ſæua tepebant
Aequora tu ueteres iuuenis tranſgreſſus amores
Ipſe ego te tantos ſtupui duraſſe per æſtus
Firmarique animos: blandiſque madentia plumis
Lumina deterſi: quotiens mihi queſtus apollo
Sic uatem meruere ſuum: iam mater amatos
Indulge thalamos noſter comes ille piuſque
Signifer armiferos poterat memorare labores
Claraque facta uirum & torrentes ſanguine campos
Hic tibi plectra dedit: mitiſque incedere uates
Maluit: & noſtra laurum ſubtexere myrto
Hic iuuenum lapſus: ſuaque aut externa reuoluit
Vulnera: pro quanta eſt paphii reuerentia mater
Numinis: hic noſtræ defleuit fata columbæ
Dixerat: & teneræ matris ceruice pependit
Blandus: & admotis tepefecit pectora pennis
Illa refert uultu non aſpernata rogari
Grande quidem rarumque uiris quos ipſa probaui
Pierius uotum iuuenis cupit: hanc ego formæ
Egregium mirata decus cui gloria patrum
Et generis certabat honos tellure cadentem
Excœpi: fouique ſinu: nec colla genaſque
Comere: nec pingui crinem deducere amomo
Ceſſauit mea nate manus: mihi dulcis imago
Proſiluit: celſæ procul aſpice frontis honores

Sugeſtumque comæ:latias metire quid ultra
Emineat matres:quantum latonia nymphas
Virgo premit quantumq; egomet nereidas exto
Hæc & ceruleis mecum conſurgere digna
Fluctibus:& noſtra potuit conſidere concha
Et ſi flammiferas potuiſſet ſcandere ſedes
Haſque intrare domos ipſi erraretis amores:
Huic quamuis cenſus dederim largita beatos
Vincit opes animo:queritur iam ſeras auaros
Auguſtum ſpoliare nemus:clymeneaque deeſſe
Germina:nec uirides ſatis illachrymare ſorores.
Vellera ſydonio iam pauca rubeſcere tabo
Raraq; longeuis niuibus cryſtalla gelari
Huic hermum fuluoque tagum decurrere limo
Nec ſatis ad cultus huic inda monilia glaucum
Protheaque atq; omnẽ nereida querere iuſſi:
Hanc ſi theſſalicos uidiſſes phœbe per agros
Erraret daphne ſecura in littore naxi
Theſeũ iuxta foret hæc conſpecta cubile:
Gnoſida deſertam profugus liquiſſet & euahn
Quod niſi me longis placaſſet iuno querelis
Falſas huic pennas:& cornua ſumeret æthræ
Rector in hanc uero cecidiſſet iuppiter auro
Sed dabitur iuueni cui tu mea ſumma poteſtas
Nate cupis:thalami quamuis iuga ferre ſecundi
Sæpe neget mœrens:ipſam iam cedere ſenſi
Inque uicem tepuiſſe uiro:ſic fata leuauit
Sydereos artus:thalamiq; egreſſa ſuperbum
Limen amycleos ad frena citauit olores:
Iungit amor lætamq; uehens per nubila matrem
Gemmato temone ſedet iam tybridis arces
Iliacæ pandit nitidos domus alta penates
Claraque gaudentes plauſerunt limina cycni
Digna deæ ſedes nitidis nec ſordet ab aſtris
Hic libycus phrygiuſue ſilex:hic dura laconum
Saxa uirent:hic flexus onyx:& concolor alto
Vena mari:rupeſque nitent quis purpura ſæpe
Oebalis & tyrii moderato liuet aeni.
Pendent innumeris faſtigia nixa columnis
Robora dalmatico lucent ſaciata metallo
Excludũt radios ſyluis decuſſa uetuſtis
Frigora:perſpicui uiuunt in marmore fontes
Nec ſeruat natura uices:hic ſyrius alget
Pruma tepet:uerſumque domus ſibi temperat annum
Exultat uiſu tectiſque potentis alumnæ

non

N on ſecus alma uenus q̃ ſi paphon æquore ab alto
I daliaſque domos ericinaque templa ſubiret
T unc ipſam ſolo recliuem affata cubili
Q uo nam hic uſque ſopor: uacuique modeſtia lecti
O mihi laurentes inter dilecta puellas
Q uis morum fideique modus: nunquam ne uirili
S ubmittere iugo? ueniet iam triſtior ætas
E xerce formam: & fugientibus utere donis
N on ideo tibi tale decus uultuſque ſuperbos
M eque dedi uiduos ut tranſmittare per annos
C eu non cara mihi ſatis o nimiumque priores
D eſpexiſſe procos: at enim hic tibi ſanguine toto
D editus unam omnes inter miratur amatque
N ec formæ nec ſtirpis egens: nam docta per urbem
C armina qui iuuenes quæ non didicere puellæ
H unc & biſſenos ſic indulgentia pergat
P ræſidis auſonii cernes attollere faſces
A nte diem: certe iam nunc cybellia mouit
L umina: & euboicæ carmen legit ille ſibyllæ:
I amque parens latius cuius prænoſcere mentem
F as mihi purpureos habitus iuuenique curule
I ndulgebit ebur: dacas quæ eſt gloria maior
E xuuias lauroſque dabit celebrare recentes
E rgo age iunge toros atque otia deme iuuentæ
Q uas ego non gentes: quæ non face corda iugaui
A lituum pecudumque mihi durique ferarum
N on renuere greges ipſum in cõnubia terræ
A ethera cum pluuiis rareſcunt nubila: ſoluo
S ic rerum ſeries mundique reuertitur ætas
V nde nouum troiæ decus: ardentumque deorum
R aptorem phrygio ſi non ego iuncta marito
L ydius unde meos iteraſſet tybris iulos
Q uis ſeptem geminæ poſuiſſet mœnia romæ
I mperii latiale caput niſi dardana furto
C œpiſſet martem nec me prohibente ſacerdos
H is mulcet dictis tacitumque inſpirat amorem
C onnubii: redeunt animo iam dona preceſque
E t lachrymæ uigileſque uiri prope limina queſtus
A ſteris & uatis totam cantata per urbem
A ſteris ante dapes: nocte aſteris: aſteris ortu:
Q uantum non clamatus hylas: iamque aſpera cœpit
F lectere corde libens: & iam ſibi dura uideri:
M acte toris latios inter placidiſſime uates
Q uod durum permenſus iter cœptique laboris
P rendiſti portus tumidæ: ſic tranſfuga piſc

A mnis in externos longe flammatus amores
F lumina demerſo trahit intemerata canali
D onec ſicanios tandem prolatus anhelo
O re bibat fontes:miratur dulcia nais
O ſcula:nec credit pelago ueniſſe maritum:
Q uis tibi nunc alacris cæleſtum munere claro
S tella dies:quanto ſalierunt pectora uoto
D ulcia cum dominæ dexter connubia uultus
A nnuit:ire polo nitidoſque errare per axes
V iſus amycleis minus exultauit harenis
P aſtor ad ideas helena ueniente carinas:
T heſſala nec talem uiderunt pellea tempe
C um thetin æmoniis chiron accedere terris
E recto proſpexit equo:q̄ longa morantur
S ydera q̄ ſegnis uotis aurora mariti:
A t procul ut ſtellæ thalamos ſenſere parari
L atous uatum pater & ſemelius euahn:
H ic mouet ortygia mouet hic rapida agmina nyſa
H uic lycii montes:gelidæque umbracula tymbræ
E t parnaſus honos:illi pangea reſultant
I ſmaraque:& quondam genialis littora naxi
T unc caras iniere fores comitique canoro
H ic chelin hic flauam maculoſo nebrida tergo
H ic tyrſos:hic plectra ferit hic enthea lauro
T empora:minoa crinem premit ille corona
V ix dum emiſſa dies & iam ſocialia præſto
O mina:iam feſta feruet domus utraque pompa
F ronde uirent poſtes:& feruent compita flammis
E t pars immenſæ gaudet celeberrima romæ
O mnis honos cuncti ueniunt ad limina faſces
O mnis plebeio teritur prætexta tumultu:
H inc eques:hinc iuuenum queſtus:ſtola mixta laborat
F œlices utroſque uocant:ſed in agmine plures
I nuidere uiro:iandudum poſte recliuis
Q uærit hymen thalamis intactum dicere carmen
Q uo uatem mulcere queat dat iuno uerenda
V incula & inſigni geminat concordia teda
H ic fuit ille dies:noctem canat ipſe maritus
Q uantum noſce licet:ſic uicta ſopore doloſo
M artia fluminea poſuit latus ilia ripa.
N on talis niueos ſtrinxit lauinia uultus
C um turno ſpectante rubet:non claudia talis
R eſpexit populos mota iam uirgo carina:
N unc opus aonidum comites:tripodumque miniſtri
D iuerſis certare modis:eat enthea uittis

Atque hederis redimita cohors ut polet euanti
Quiſque lyra:ſed præcipue qui nobile greſſu
Extremo fraudatis opus date carmina feſtis
Digna choris:hunc ipſe echo plaudente philetas
Callimacũſque ſenex umbroque propertius antro
Ambiſſent laudare diem:nec triſtis in ipſis
Naſo thomis diueſque foco lucente tibullus
Me certe non unus amor:ſimplexque canendi
Cauſa trahit tecum ſimiles iunctæque camœnæ
Stella mihi multumque pares bacchamur ad aras:
Et ſociam doctis haurimus ab amnibus undam
At te naſcentem gremio mea prima recæpit
Parthenope dulciſque ſolo tu gloria noſtro
Reptaſti:nitidum conſurgit ad ethera tellus
Eubois:& pulchra tumeat ſebetos alumna
Nec ſibi ſulphureis lucrinæ naiades antris
Nec pompeani placeant magis otia ſarni
Eia age præclaros latio properate nepotes
Qui leges qui caſtra legant:qui carmina ludant
Acceleret partu decimum bona cynthia menſem
Sed parcat lucina precor:tuque ipſe parenti
Parce puer ne mollem uterum:ne ſtantia lædas
Pectora:cumque tuos tacito natura receſſu
Formarit uultus:multum de patre decoris
Plus de matre feras:ac tu pulcherrima forma
Italidum tandem merito poſſeſſa marito
Vincla diu quæſita foue ſic damna decoris
Nulla tibi longe uiridis ſic flore iuuentæ
Perdurent uultus tardeque hæc forma ſeneſcat

VILLA Tiburtina Manlii Vopiſci.

Cernere facundi tibur glaciale uopiſci
Si quis & inſerto geminos aniene penates
Aut potuit ſociæ comertia noſcere ripæ
Certantiſque ſibi dominum defendere uilas
Illum nec calido latrauit ſyrius aſtro
Nec grauis aſpexit nemees frondentis alumnus
Talis hyems tectis:frangunt ſic improba ſolem
Frigora:piſeumque domus non æſtuat annum
Ipſa manu tenera tectum ſcripſiſſe uoluptas
Tunc uenus idaliis unxit faſtidia ſuccis
Permulſitque comas:blandumque reliquit honorem
Sedibus:& uolucres uetuit diſcedere natos
O longum memoranda dies:quæ mente reporto
Gaudia q̃ laſſos per tot miracula uiſus
Ingenium q̃ mite ſolo:quæ forma beatis

A rte manus conceſſa locis non largius uſquam
I ndulſit natura ſibi nemora alta citatis
I ncubuere uadis: fallax reſponſat imago
F rondibus: & longas eadem fugit umbra per undas
I pſe anien miranda fides infraque ſuperque
S axeus hic tumidam rabiem ſpumoſaque ponit
M urmura ceu placidi ueritus turbare uopiſci
P ieriosque dies: & auentes carmina ſomnos
L itus utrunque domi: nec te mitiſſimus amnis
D iuidit: alternas ſeruant prætoria ripas:
N on externa ſibi fluuium ue obſtare queruntur
S eſtiacos nunc fama ſinus pelaguſque natatum
I actet: & audaci iunctos delphinas ephœbo
H ic æterna quies: nullis hic iura procellis
N uſquam feruor aquis datur hic tranſmittere uiſus
E t uoces & pene manus: ſic chalcida fluctus
E xpellunt fluuii: ſic diſſociata profundo
B rutia ſicanium circumſpicit ora pelorum
Q uid primum medium ue canam: quo fine quieſcam
A uratas ne trabes: an mauros undique poſtes
A n picturata lucentia marmora uerna
M irer? an emiſſas per cuncta cubilia nymphas
H uc oculis huc mente trahor: uenerabile dicam
L ucorum ſenium: te quæ uada fluminis infra
C ernis: an ad ſyluas quæ reſpicis aula tacentis
Q ua tibi tota quies: offenſaque turbine nullo
N ox ſilet: & nigros imitantia murmura ſomnos
A n quæ graminea ſuſcepta crepidine fumant
B alnea: & impoſitum ripis algentibus ignem
Q uaque uaporiferis iunctus fornacibus amnis
R idet anhelantes uicino flumine nymphas
V idi artes ueterumque manus: uariiſque metalla
V iua modis: labor eſt auri memorare figuras
A ut ebur aut dignas digitis contingere gemmas
Q uicquid & argento primum uel in ære uironis
L uſit: & enormi manus eſt experta coloſſo
D um uagor aſpectu uiſuſque per omnia duco
C alcabam nec opinus opes: nam ſplendor ab alto
D efiuus: & nitidum referentes aera teſte
M onſtrauere ſolum: uarias ubi picta per artes
G audet humus ſuperantque nouas aſarota figuras
E xpauere gradus quid nunc ingentia mirer
A ut quid partitis diſtantia tecta trichoris
Q uid te quæ mediis ſeruata penatibus arbor
T ecta per & poſtes liquidas emergis in auras

Quo non ſub domino ſæuas paſſura bipennes
Et non ignaro forſan uel lubrica nais
Vel non abruptos tibi demet hamadryas annos
Quid referam alternas gemino ſuper aggere menſas
Albenteſque lacus altoſque in gurgite fontes
Teque per obliquum penitus quæ laberis amnem
Martia:& audaci tranſcurris flumina plombo
An ſolum ioniis ſub fluctibus helidis amnem.
Dulcis ad ætneos deducat ſemita portus:
Illis ipſe antris anienis fonte relicto
Nocte ſub archana glaucos exutus amictus
Huc illuc fragili proſternit pectora muſco
Aut ingens in ſtagna cadit uitreaſque natatu
Plaudit aquas illa recubat tyburnus in umbra:
Illic ſulphureos cupit albula mergere crines
Hæc domus egeriæ nemoralem adiungere phœben
Et driadum uiduare choris algentia poſſit
Taigeta & ſyluis accerſere panna lyceis
Quod ni templa darent alias thyrinthia ſortes
Et præneſtinæ poterant migrare ſorores
Quid bifera alcynoi laudem pomaria uoſque
Qui nunquam uacui prodiſtis ad æthera rami
Cedant thelegoni:cedant laurentia turni
Iugera:laciniæque domus:lituſque cruenti
Anthiphatæ cedant uitreæ iuga perfida circes
Dulichiis ululata lupis arceſque ſuperbæ
Anxuris:& ſedes Phrygio quas mitis alumno
Debet anus:cedant quæ te iam ſolibus arctis
Auia nimboſa reuocabunt littora bruma
Scilicet hic illi meditantur pondera mores
Hic præmitur fecunda quies:uirtuſque ſerena
Fronte grauis:ſanuſque decor luxuque carentes
Delitiæ:quas ipſe ſuis digreſſus athenis
Mallet deſerto ſenior gargetius horto
Hæc per & ægeas hyemes pliadumque niuoſum
Sydus:& oleniis dignum petiiſſe ſub aſtris
Si maleæ credenda ratis:ſiculoſque per æſtus
Sit uia:cur oculis ſordet uicina uoluptas
Hic tua tyburtes faunos chelis:& iuuat ipſum
Alciden:dictumque lyra maiore catillum
Seu tibi pyndaricis animus contendere plectris
Siue chelim tollis heroa ad robora:ſiue
Liuentem ſatyram nigra rubigine turbes
Seu tua non alia ſplendeſcat epiſtola cura
Digne midæ croeſique bonis:& perſide gaza

M acte bonis animi cuius ſtagnantia rura
D ebuit & flauis hermius tranſcurrere ripis
E t limo ſplendente tagus ſic docta frequentes
O cia ſic omni detectus pectora nube
F inem neſtoreæ precor egrediare ſenectæ

RVTILLIO GALLICO:

E Stis io ſuperi: nec inexorabile clotho
Voluit opus. uidet alma pios aſtrea iouique
C onciliata cadit: dubitataque ſydera cernit
G allicus: & cælo diis es germanice cordi
Q u is neget: erubuit tanto ſpoliare miniſtro
I mperium fortuna tuum: ſtat proxima ceruix
P onderis immenſi: damnoſaque fila ſenectæ
E xuit: atque alios melior reuireſcit in annos
E rgo alacres quæ ſigna colunt urbana cohortes
I nque ſinum quæ ſæpe tuum fora turbida queſtu
C onfugiunt leges: urbeſque ubicunque togatæ
Q uæ tua longinquis implorant iura querelis
C ertent lætitia noſterque exordine collis
C onfremat: & ſileant peioris murmura famæ
Q uippe manet longumque æuo redeunte manebit
Q uem penes intrepidæ mitis cuſtodia romæ
N ec tantum induerint fatis noua ſæcula crimen
A ut inſtaurati peccauerit ara terenti
A ſt ego nec phœbum q̄q̄ mihi ſurda ſine illo
P lectra: nec aonias decima cum pallade diuas
A ut mitem tegeæ: dirceſue hortabor alumnum
I pſe ueni uireſque nouas animumque niniſtra
Q ui caneris: docto nec enim ſine carmine tantus
A uſoniæ decora ampla togæ: centumque dediſti
I udicium mentemque uiris: licet enthea uatis
E xclndit piplea ſitim: nec conſcia detur
P yrene largos potius mihi gurges in hauſtus
Q ui rapitur de foute tuo ſeu plana ſolutis
C um ſtruis orſa modis ſeu cum tibi dulcis in artem
F rangitur & noſtras curra t facundia leges:
Q uare age ſi cereri ſua dona merumque lieo
R eddimus: & diues prædæ tamen accipit omni
E xuuias diana tholo: captiuaque tela
B ellipotens: nec tu quando tibi gallice maius
E loquium fandique opibus ſublimis abundas
S perne coli tenuiore lyra: uaga cingitur aſtris
L una: & in oceanum riui cecidere minores
Q uæ tibi ſollicitus perſoluit præmia morum
V rbis amor quæ tum patrumque equitumq; notaui

Lumina:& ignaræ plebis lugere potentes
Non labente numa timuit ſic curia felix:
Pompeio nec celſus eques nec fœmina bruto
Hoc illud triſtes inuitum audire catenas:
Parcere uerberibus nec qua iubet alta poteſtas
Ire ſed armatas multum ſibi demere uires
Dignarique manus humilis:& uerba precantum
Reddere iura foro:nec perturbare curules:
Et ferrum mulcire toga:ſic itur in alta
Pectora ſic mixto reuerentia fidit amori:
Ipſa etiam cunctos grauis inclementia fati
Terruit:& ſubiti præceps iuuenile pericli
Nil cunctante malo:non illud culpa ſenectæ
Quippe ea biſſenis uix dum orſa excedere luſtris
Sed labor intendens animique in membra uigentis
Imperium uigileſque ſuo pro cæſare curæ
Dulce opus hinc feſſos pœnitus ſubrepſit in artus
Inſidioſa quies & pigræ obliuio uitæ:
Tunc deus alpini qui iuxta culmina dorſi
Signat apollineos ſancto cognomine lucos
Reſpicit heu tanti pridem ſecurus alumni
Progreſſuſque morans hinc mecum epidaurea proles
Hinc alti gaudens datur agredienda facultas
Ingentem recreare uirum teneamus adorti
Tendatis iam fila collos nec fluminis atri
Sit metus:has ultro laudarit iuppiter artes:
Nam neque plebeiam aut dextro ſine numine cretam
Seruo animam atque adeo breuiter dũ tecta ſubimus
Expediam:genus ipſe ſuis præmiſſaque retro
Nobilitas:nec origo latet:ſed luce ſequente
Vincitur:& magno gaudet ceſſiſſe nepoti
Prima togæ uirtus illi quoque clarus & ingens
Eloquio mox innumeris exercita caſtris
Occiduas primaſque domos & ſole ſub omni
Permeruit iurata manus nec in otia pacis
Permiſſum laxare animos ferrumque retingi
Hunc galathea ingens auſa eſt acceſſere bello
Hunc quoque perque nouem tenuit pamphylia meſſes
Pannoniuſque ferox arcuque horrenda fugaci
Armenia:& patiens lacii iam pontis araxes:
Quid geminos faſces magneque iterata reuoluam
Iura aſiæ uelit illa quidem ter habere quaterque
Hunc ſibi ſed reuocant faſti maiorque curulis:
Nec promiſſa ſemel lybici quid mira tributi
Obſequia:& miſſum media de pace triumphum

L audem & opes tantas nec qui mandauerat auſus
E xpectare fuit gaudet traſumenus & alpes
(A ttollam cantu) gaudet traſumeus & alpes
C annenſeſque animæ: primuſque inſigne tributum
I pſe palam læta poſcebat regulus umbra:
N on uacat arctoas acies rhenumque rebellem
C aptiuæque preces ueledæ quæ maxima nuper
G loria depoſitam dacis pereuntibus urbem:
P andere: cum tanti lectus rectoris habenas
C allice fortuna non admirante ſubiſti
H unc igitur ſi digna loquor rapiemus iniquo
N ate ioui: rogat hoc latiæ pater inclitus urbis:
E t meruit: neque enim fruſtra mihi nuper honora
C armina patririo pueri ſonuiſtis in oſtro
S i qua ſalutifero gemini chironis in antro
H erba tholo quocunque tibi troiana recondit:
P ergamus: aut medicis felix epidaurus harenis
E ducat: idea profert quam creta ſub umbra:
D ictami florentis opem quoque anguis abundat
S pumatu iungam ipſe manus: atque omne benigne
V irus odoriferis arabum quod doctus in aruis:
A ut amphriſiaco paſtor de gramine carpſi:
D ixerat: inueniunt poſitos iam ſegniter artus
P ugnantemque animam: ritu ſe cingit uterque
P eonio monſtrantque ſimul parentque uolentes
D onec lætiferas uario medicamine peſtes
E t ſuſpecta mali ruperunt nubila ſomni:
A diuuat ipſe deos morboque ualentior omni
O ccupat auxilium citius non arte refectus:
T helephus æmonia nec quæ metuentis atridæ
S æua machaonio coierunt uulnera ſucco:
Q uis mihi tot cætus inter populique patrumque
S ic curæ uotique locus tamen ardua teſtor
S ydera teque pater uatum tymbree: quis omni
L uce mihi quis nocte timor dum poſtibus hærens
A ſſiduus: nunc aure uigil nunc lumine cuncta
A uguror immenſæ ueluti connexa carinæ
C ymba minor: cum ſæuit hyems pro parte furentis
P arua receptat aquas & eodem uoluitur auſtro
N ectite nunc lætæ candentia fila ſorores:
N ectite: nemo modum tranſmiſſi computet æui:
H ic uitæ natalis erit tu troica dignus:
S æcula: & euboici tranſcendere pulueris annos:
N eſtoreoſque ſitus qua nunc tibi pauper acerra
D igna litem nec ſi uacuet meuania ualles

A ut præſtent niueos clitumna noualia tauros
S ufficiam:ſed ſæpe deis hos inter honores
C eſpes & exiguo placuerunt farra ſalino

.CLAVDII ETRVSCI BALNEVM.

NOn helicona graui pulſat chelis enthea plectro
Nec laſſata uoco totiens mihi numina muſas:
E t te phœbe choris:& te dimittimus euhan
T uque inimica feræ uolucer tegeæe ſonore
T erga premas:alios poſcũt mea carmina cœtus
N aiadas undarum dominas:regemque coruſci
I gnis adhuc feſſum ſiculaque incude rabentem
E licuiſſe ſatis:paulum arma nocentia thebæ
P onite:dilecto uolo laſciuire ſodali:
I unge puer cyathos & enumerare labora
C unctantemque intende chelin diſcede laborque
C uraque dum nitidis canimus gemantia ſaxis
B alnea:dumque procax myrtis hederiſque ſoluta
F ronte uerecundo clio mea ludit etruſco.
I te deæ uirides liquidoſque auertite uultus
E t uitreum teneris crinem redimite corymbis
V eſte nihil tectæ:quales emergitis altis
F ontibus:& uiſu ſatyros torquetis amantes
N on uos quæ culpa decus infamaſtis aquarum
S ollicitare iuuat procul hinc & fonte doloſo
S almacis.& uiduæ crebenides arida uultu
F lumina:& herculei prædatrix cædat alumni.
V os mihi quæ latium ſeptenaque culmina nymphæ
I ncolitis:tybrimque nouis attollitis undis
Q uas præceps anien:atque exceptura natatus
V irgo iuuat:marſaſque niues & frigora ducens
M artia præcelſis:quarum uaga mollibus unda
C reſcit & innmmero pendens tranſmittitur arcu.
V eſtrũ opus agredimur:ueſtra eſt quã carmine molli
P ando domus: non unquam aliis habitaſtis in ãtris
D itius ipſa manus tenuit cytherea mariti
M onſtrauitque artes:neu uilis flamma caminos
V reret:ipſa faces uolucrum ſuccendit amorum.
N on huc admiſſæ thaſos:aut undoſa cariſtos
M œret onyx longe queriturque excluſus ophites.
S ola nitet flauis nomadum deciſa metallis
P urpura ſola cauo phrygiæ quam ſynades antro
I pſe cruentauit maculis lucentibus atys
Q uæque tyri niueas ſecat & ſidonia rupes
V ix locus eurothæ uiridis cum regula longa
S ynada diſtinctum uariat:non limia ceſſant

Effulgent cameræ:uario faſtigian itro:
In ſpecies animoſque nitent:ſtupet ipſe beatas
Circumplexus opes & partius imperat ignis
Multus ubique dies:radiis ubi culmina totis
Perforat atque alio ſol improbus uritur æſtu
Nil ibi plebeium:nuſquam themeſea notabis
Aera:ſed argento felix propellitur:unda
Argentoque cadit:labriſque nitentibus inſtat:
Delitias mirata ſuas:& abire recuſat.
Extra autem niueo qui margine cerulus amnis
Viuit:& in fundum ſummo patet omnis ab imo
Cui non ire lacu pigroſque exoluere amictus
Suadeat:hoc mallet naſci cytherea profundo.
Hic te perſpicuum melius narciſſe uideres
Hic uelox hecate uelit & deprehenſa lauari:
Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata crepantis
Auditura pilas:ubil anguidus ignis inerrat
Aedibus:& tenuem uoluunt hipocauſta uaporem
Nec ſi baianis ueniat nouus hoſpes ab oris
Talia deſpiciet:fas ſit componere magnis
Parua:neronea nec qui modo lotus in unda:
Hac iterum ſudare neget:macte oro nitenti
Ingenio curaque puer:tecum iſta ſeneſcant
Et tua iam melius diſcat fortuna renaſci.

DECEMBRIS CALENDAE.

Et phœbus pater & ſeuera pallas:
Et muſæ procul ite feriatæ
Iani uos reuocabimus calendis
Saturnus mihi compede exſoluta
Et multo grauidus mero december:
Et ridens iocus & ſales proterui
Adſint dum refero diem beatam
Læti cæſaris ebriamque pando
Vix aurora nouos mouebat ortus
Iam bellaria adorea pluebant
Hunc rorem ueniens profudit eurus
Quicquid nobile ponticis nucetis
Fecundis cadit aut iugis idumes
Quod ramis pia germinat damaſcos
Et quas præcoquit æboſia cannas
Largis gratuitum cadit rapinis
Molles gallioli lugunculique
Et maſſis amerina non peruſtis
Et muſtaceus:& latente palma
Prægrandes cariotides cadebant.

N on tantis hyas in:ſerena nymbis
T erras obruit:aut ſoluta plias
Q ualis per cuneos hyems latinos
P lebem grandine concutit ſerenam
D ucat nubila iuppiter per orbem
E t latis pluuias minetur agris
D 'um noſtri iouis hii ferantur hymbres
E cce autem caueas ſubit per omnes
I nſignis ſpecie decora uultu
P lebes altera non minor ſedente:
H ii panaria:candidaſque mappas
S ubuectant:ebulaſque lautiores
I lli marcida uina largiuntur:
I deos totidem putes miniſtros
O rbem qua melior ſeueriorque
E t gentes alis inſimul togatis
E t cum tot populos beata paſcas
H unc annona diem ſuperba neſcis
I :nunc ſæcula compara uetuſtas
A ntiqui iouis aureumque tempus.
N on ſic libera uina tunc fluebant
N ec tardum ſeges occupat annum
V na ueſcimur omnis ordo menſa
P arui:fœmina:plebs:eques:ſenatus:
L ibertus reuerentiam remiſit.
E t tu quin etiam (quis hoc uocare
Q uis promittere poſſit hoc deorum:)
N obiſcum ſocias dapes iniſti.
I am ſe quiſquis is eſt:inops:beatus
C onuiuam ducis eſſe gloriatur.
H os inter fremitus nouoſque luxus
S pectandi leuis effugit uoluptas
S tat ſexus rudis inſciuſque ferri
V t pugnas capit improbus uiriles
C redas ad thanaim ferumque phaſim
T ermodonticas calere turmas
H ic audax ſubit ordo pumilionum
Q uos natura breuis ſtatim peracta
N odoſum ſemel in globum ligauit.
E dunt uulnera conſeruntque dextras.
E t mortem ſibi qua manu minantur
R idet mars pater & cruenta uirtus
C aſuræque uagis grues rapinis
M irantur pumilos ferociores.
I am noctis proprioribus ſub umbris

D iues ſparſio quos agit tumultus.
H uc intrant faciles emi puellæ:
H ic agnoſcitur omne quod theatris
A ut forma placet aut probatur arte.
H oc plaudunt grege lydiæ tumentes
I llic cymbala tinnulæque gades.
I llic agmina confremunt ſyrorum.
H ic plebs ſenica quique cominutis
P ermutat uitreis gregale ſulphur:
I nter quæ ſubito cadunt uolatu
I mmenſæ uolucrum per aſtra nubes:
Q uas nilus ſacer horriduſque phaſis:
Q uas udo numidæ legunt ſub auſtro
D eſunt qui rapiant:ſinuſque pleni:
G audent:dum noua lucra comperantur
T ollunt innumeras ad aſtra uoces
S aturnalia principis ſonantes:
E t dulci dominum fauore clamant:
H oc ſolum uetuit licere cæſar
V ix dum cerula nox ſubibat orbem:
D eſcendit media nitens arena:
D enſas flammeus orbis inter umbras:
V incens gnoſiacæ facem coronæ:
C ollucet polus ignibus nihilque
O bſcuræ patitur licere nocti:
F ugit pigra quies inerſque ſomnus:
H æc cernens alias adiuit urbes:
Q uis ſpectacula:quis iocos licentes
Q uis conuiuia:quis dapes inemptas:
L argi flumina quis canat lyei?
I am iam deficio:tuoque baccho
I n ſerum trahor ebrius ſoporem:
Q uos ibit procul hic dies per annos
Q uam nullo ſacer exoleſcet æuo:
D um montes latii:paterque tybris
D um ſtabit tua roma:dumque terris
Q uod reddis capitolium manebit.

P.Panii

P.PAPINI STATII SYLVARVM. LIBER SECVNDVS.

ET familiaritas noſtra qua gaudeo melior uir optime nec minus in iudicio litterarum q̄ in omni uitæ colore terſiſſime:& ipſa opuſculoꝝ quæ tibi trado conditio ſic poſita eſt ut totus hic alter liber meus etiã ſine epiſtola expectetur. Primum enim habet glauciam noſtrũ cuius gratiſſimam infantiam & qualem plerunq; infelices ſortiuntur aput te complexus amabam:iã uero tibi huius amiſſi recens uulnus ut ſis epicedio proſecutus ſum adeo feſtinanter ut excuſandam habuerim affectibus tuis celeritatem. Nec nunc eam apud te iacto qui noſti. Sed & cæteris indico:ne quis aſperiore lima carmen examinet & a confuſo ſcriptum & dolenti datum cum pene ſuperuacua ſint tarda ſolatia:pollii mei uilla ſurrẽtina quæ ſequitur debuit a me uel in honorẽ elloquẽtiæ eius diligentius dici:Sed amicus ignouit:In arborem certe tuã melior & pſitacum ſcis a me leues libellos quaſi epigrãmatis loco ſcriptos:eandẽ exigebat ſtili facilitatem leo mãſuetus:quem in amphiteatro proſtratum frigidum erat Sacratiſſimo ĩpatori ni ſtatĩ traderẽ:ad urſum quoq; noſtrũ iuuenem candidiſſimũ & ſine iactura deſidiæ doctiſſimũ ſcriptam de puero amiſſo conſolationem ſuper ea quæ ipſi de hoc huic libro inſerui:quia honorẽ eius tibi laturus acceptũ:excludit uolumen genethliacon lucani quod polla argentaria clariſſima uxorũ cum hunc diem forte conſideraremus imputari ſibi uoluit: ego non potui maiorẽ tanti auctoris habere reuerentiam q̄ quod laudes eius dicturus exametros meos timui:hæc qualiacũq; ſunt Melior cariſſime ſi tibi non diſplicuerit a te publicum accipiant: Sin minus ad me reuertantur.

EPCEDIVM Gluciæ melioris.

QVod tibi prærepti melor ſolamen alumni
Improbus ante rogos & adhuc uiuente fauilla
Ordiar:abruptis etiam nunc flebile uenis
Vulnus hiat:magnæque patet uia lubrica plagæ
Cum iam egomet cantus & uerba medentia ſæuus
Confero:tu planctus lamentaque fortia mauis
Odiſtique chelim:ſurdaque auerteris aure
Intempeſta cano citius me tigris abactis
Fœtibus orbatique uelint audire leones.
Nec ſi tergeminum ſicula de uirgine carmen
Affluat aut ſiluis chelis intellecta feriſque
Mulceat inſanos gemitus:ſtat pectore demens
Luctus:& admoto latrant præcordia tractu
Nemo uetat ſaciare malis egrumque dolorem
Libertate doma:iam flendi expleta uoluptas
Iamque preces feſſus non indignaris amica?
Iam ne canam lachrymis en & mea carmina in ipſo
Ore natant:triſteſque cadunt in uerba lituræ
Ipſe etenim tecum nigræ ſolatia pompæ
Spectatumque urbi ſcelus:& puerile feretrum
Produxi ſæuos damnati thuris aceruos
Plorantemque animam ſupra ſua funera uidi
Teque patrum gemitus ſuperantem:& brachia matrũ
Complexumque rogos ignemque haurire parantem
Vix tenui ſimilis comes:offendique tenendo
Et nunc heu uittis & frontis honore ſoluto
Infauſtus uates uerſo mea pectora tecum
Plango lyra & diri comitem ſociumque doloris
Si merui:luctuſque tui conſortia ſenſi:
Iam lenis patiare precor me fulmine in ipſo
Audiuere patres ego iuxta buſta profuſis
Matribus:atque piis cecini ſolatia natis
Et mihi cum proprios gemerem defectus ad ignes
Quem natura patrem nec te lugere ſeuerus
Arceo:ſed confer gemitus pariterque fleamus:
Iam dudum dignos aditus laudumque tuarum
O merito dilecte puer primordia querens
Diſtrahor:hinc anni ſtantes in limine uitæ
Hinc me forma rapit:rapit inde modeſtia præcox.
Et pudor & tenero probitas maturior æuo.
O ubi purpureo ſuffuſus ſanguine candor
Sydereique orbes:radiataque lumina cælo
Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis

I ngenuique ſuper crines molliſque decore
M argo comæ:blandis ubi nam ora arguta querelis
O ſculaque impliciti uernos redolentia flores
E t mixtæ riſu lachrymæ penituſque loquentis
H ybleis uox mixta fauis:cui ſibila ſerpens
P oneret:& ſæuæ uellent ſeruire nouercæ.
N il ueris affingo bonis:heu lactea colla
B rachiaque & nunq̃ domini ſine pondere ceruix.
O ubi uenturæ ſpes non longinqua iuuentæ
A tque genis optatus honos iurataque multum
B arba tibi:cuncta in cineres grauis intulit hora
H oſtiliſque dies:nobis meminiſſe relictum.
Q uis tua colloquiis hilaris mulcebit amatis
P ectora?quis curas mentiſque arcana remittet.
A ccenſum quis bile feret famuliſque tumentem
L eniet:ardentique in ſe deflectet ab ira
I nceptas quis ab ore dapes:libataque uina
A uferet:& dulci turbabit cuncta rapina.
Q uis matutinos abrumpet murmure ſomnos
I mpoſitus ſtratis:abituſque morabitur arctis
N exibus atque ipſos reuocabit ad oſcula poſtes.
O buius intranti rurſus quis in ora manuſque
P roſiliet:breuibuſq; humeros circundabit ulnis.
M uta domus fateor:deſſolatique penates:
E t ſitus in thalamis:& mœſta ſilentia menſis
Q uid mirum tanto ſi te pius altor honorat
F unere:tu domino requies:portuſque ſenectæ.
T u modo deliciæ:dulcis modo pectore curæ.
N on te barbaricæ uerſabat turba cataſtæ
N ec mixtus phariis uenalis mercibus infans,
C ompoſitoſque ſales meditataque uerba locutus
Q uæſiſti laſciuus herum:tardeque paraſti
H inc domus:hinc ortus:dominique penatibus olim
C arus uterque parens:atque in tua gaudia liber.
N e quererere genus:raptum ſed protinus aluo
S uſtulit exultans:ac prima lucida uoce:
A ſtra ſalutantem dominus ſibi mente dicauit
A mplexuſque ſinu tulit & gemuiſſe putauit
F as mihi ſanctorum uenia dixiſſe parentum
T uque oro natura ſinas:cui prima per orbem
I ura animis ſociare datum:non omnia ſanguis
P roximus:aut ſerie generis demiſſa propago:
A lligat:interius noua ſæpe:adſcitaque ſerpunt
P ignora connexis:natos genuiſſe neceſſe eſt:
A t legiſſe iuuat:tenero ſic blandus achili

ſemifer

Semifer hemonium uincebat pelea chiron.
Nec ſenior peleus natum comitatus in arma
Troica:ſed claro phœnix herebat alumno.
Optabat longe reditus pallantis ouantis
Euander:fidus pugnas ſpectabat acetes
Cunque procul nitidis genitor ceſſaret ab aſtris
Fluctiuagus uolucrem comebat perſea dyctes
Quid referam altricum uictas pietate parentes.
Quid te poſt cineres deceptaque funera matris
Tutius inoo reptantem pectore bacche.
Iam ſecura parens tuſcis regnabat in undis
Ilia:portantem laſſabat romulus accam.
Vidi ego tranſertos alieno in robore ramos
Altius ire ſuis:& te iam fecerat illi
Mens animuſque patrem:nec mores ue decor ue
Tu tamen & mutas etiam tum murmure uoces
Vagitumque rudem:fletumque infantis amabas
Ille uelut primos expiraturus ad auſtros
Mollibus in pratis alte flos improbus extat
Sic tener ante diem uultu greſſuque ſuperbo
Vicerat equales multumque reliquerat annos
Siue cathenatis curuatus membra paleſtris
Staret:amyclea conceptum matre putares.
Oeballiden illo præceps mutaret apollo.
Alcides penſaret hylan:ſeu gratus amictu
Attica facundi decurreret orſa menandri
Laudaret gauiſa ſonum:crinemque decorum
Fregiſſet roſea laſciua thalia corona.
Mæonium ſiue ille ſenem:troiæque labores
Diceret:aut caſus tarde remeantis ulyſſis.
Ipſe pater ſenſus ipſi ſtupuere magiſtri
Scilicet ĩfauſta lacheſis cunabula dextra
Attigit:& gremio puerum complexa fouebat:
Inuidia illa genas & adultum comere crinem
Et monſtrare artes:& uerba infigere:que nunc
Plangimus:herculeos annis æquare labores
Cœperat aſſurgens:ſed adhuc infantia mixta
Iam tamen & ualidi greſſus:menſuraque maior
Cultibus:& uiſæ puero decreſcere ueſtes.
Cum tibi quas ueſtes:quæ non geſtamina mitis
Feſtinabat herus:breuibus conſtringere lenis
Pectora:& anguſta telas arctare lacerna.
Enormes non ille ſinus:ſed ſemper ad annos
Texta legens:modo puniceo uelabat amictu
Nunc herbas imitante ſinu:nunc dulce rubenti
Murice:nunc uiuis digitos incendere gemmis

Gaudebat non turba comes:non munera ceſſant
Sola uerecundo deerat prætexta decori.
Hæc fortuna domus:ſubitas inimica leuauit
Parca manus:quo dira feros grauis exeris angues
Non te forma mouet:non te lachrymabilis ætas
Hunc nec ſæua uiro potuiſſet carpere procne
Nec fera crudeles colchis duraſſet in iras:
Aeditus æolia nec ſi foret iſte ceruſa
Toruus adhuc athamas inſanos flecteret arcus:
Hunc quanq̃ hectoreos cineres troiamq; peroſus
Turribus e phrygiis fleſſet miſſurus uliſſes
Septima lux:& iam frigentia lumina torpent
Iam complexa manu crinem tenet infera iuno
Ille tamen parcis fragiles urgentibus annos
Te uultu moriẽte uidet linguaq; cadente
Murmurat in te omnis uacui iam pectoris eflat
Relliquias:ſolum meminit ſolũq; uocantem
Exaudit.tibique ora mouet:tibi uerba relinquit
Et prohibet gemitus:conſolaturq; dolentem
Gratum eſt fata tamen:quod non mors lenta iacentis
Exedis puerile decus:maneſque ſubiuit
Integer & nullo temeratus corpora damno
Qualis erat:quid ego exequias & prodiga flammis
Dona loquor? mœſtoque ardentia funera luxu
Quod tibi purpureo triſtis rogus aggere creuit
Quid cylicum flores:quid munera graminis udi
Quodque arabes phariiq; (palam eſt uidiq;) liquores
Arſuram lauere comam:cupit omnia ferre
Prodigus:& totos melior ſuccẽdere cenſus.
Deſertas exoſus opes:ſed non capit ignis
Inuidus:atque arctæ deſunt in munera flammæ.
Horror habet ſenſus:qualem te funere ſummo
Atque rogum iuxta melior placidiſſime quondam
Extimui:tu ne hilaris:comiſque uideri
Vnde animi ſæuæque manus & barbarus horror:
Tu modo fuſus humi lucem auerſaris iniquam.
Tunc toruus pariter ueſtes:& pectora rumpis
Dilectoſque premis uiſus:& frigida lambis
Oſcula:erant illic genitor materque iacentis
Mœſta ſed attoniti te ſpectauere parentes.
Quid mirum? plebs cuncta nefas & præuia flerunt
Agmina:flaminio qua limite miluius agger
Tranſuehit:immeritus flammis dum triſtibus inſans
Traditur:& gemitum formaque ac uoce meretur.
Talis in iſthmiacos ploratus ab æquore portus

Naufragus impoſita iacuit ſub matre palæmon.
Sic & anguiferæ ludentem gramine lernæ
Præciſum ſquamis auidus bibit anguis opheltem
Pone metus: lætique minas: deſiſte uereri:
Illum néc terno latrabit cerbarus ore
Nulla ſoror flammis: nulla aſſurgentibus hydris
Terrebit: quin ipſe auidæ trux nauita cymbæ
Interius ſteriles ripas.& aduſta ſubibit
Littora: ne puero dura aſcendiſſe facultas
Quid mihi gaudenti proles cyllenia uirga
Nuntiat? eſt ne aliquid tam ſæuo in tempore lætum
Nouerat effigiem generoſique ardua bleſi
Ora puer: dum ſæpe domi noua ſerta ligantem
Te uidet: & ſimiles tergentem pectore curas
Hunc ubi letei luſtrantem gurgitis oras
Auſonios inter proceres ſeriemque quirini
Agnouit: timide primum ueſtigia iungit
Acceſſu tacito: ſummoſque laceſſit amictus
Inde magis ſequitur: neque enim magis ille trahentē
Spernit: & ignota credit de ſtirpe nepotum
Mox ubi delicias & rari pignus amici
Senſit & amiſſi puerum ſolatia bleſi
Tollit humo magnaque ligat ceruice diuque
Ipſe manu gaudens uehit: & quæ munera mollis
Elyſii: ſteriles ramos multaſque uolucres
Porſit.& obtuſo pallentes germine flores
Néc prohibet meminiſſe tui: ſed pectora blandus
Miſcet & alternum pueri partitur amorem
Hic finis rapto: quin tu iam uulnera ſedas
Et tollis merſum luctu caput: omnia fũcta
Aut moritura uides: obeunt nocteſque dieſque
Aſtraque: nec ſolidis prodeſt ſua machina terris.
Nam populus mortale genus: plebiſque caducæ
Quis fleat interitus? hos bella: hos æquora poſcunt.
His amor exitio: furor his: & ſæua cupido
Vt ſileam morbos: hos ora rigentia brumæ
Illos implacido letalis ſyrius igni.
Nos manet imbriferopallens autumnus hiatu
Quicquid habent ortus finem timet: ibimus omnes
Ibimus immenſis urnam quatit eacus umbris
Eſt hic quem gemimus felix: homineſque deoſque
Et dubios caſus: & cecæ lubrica uitæ
Effugit immunis fati non ille rogauit
Non timuit meruit ue mori nos anxia plebes
Nos miſeri quibus unde dies ſuprema: quis æui

Exitus incertum:quibus inſtet fulmen ab aſtris.
Quæ nubes fatale ſonent:nil flecteris iſtis
Sed flectere libens:ades huc emiſſus ab atro
Limine:cui ſoli cuncta impetrare facultas.
Glaucia nam inſontes animas nec portitor arcet.
Nec duræ comes ille feræ:tu pectora mulce
Tu prohibe manare genas noctesq; beatas
Dulcibus alloquiis & uiuis uultibus imple.
Et periiſſe nega:deſolatamq; ſororem
Qua potes & miſeros perge inſinuare parentes

POLLII Villa Surrentina

ESt inter notos ſyrenum nomine muros
Saxaque tyrrhene templis onerata mineruæ
Celſa dicarchei ſpeculatrix uilla profundi
Qua bromio dilectus ager:colleſque per altos
Vritur & prelis non inuidet uua falernis.
Huc me poſt patrii lætum quinquennia luſtri
Cum ſtadio iam pigra quies canuſque ſederet
Puluis ad ambracias conuerſa gymnade frondes
Tranſgentile fretum placidi facundia polli
Detulit:& nitidæ iuuenilis gratia pollæ
Flectere iam cupidum greſſus qua limite noto
Appia longarum teritur regina uiarum.
Sed iuuere moræ:placido lunata receſſu
Hinc atque hinc curuas prærũpunt æquora rupes.
Dat natura locum:montiq; interuenit unum
Littus:& in terras ſcopulis pendentibus exit
Gratia prima loci.gemina teſtudine fumant
Balnea:& e terris occurit dulcis amaro
Nympha mari:leuis hic phorci chorus udaque crines
Cymodoce uiridiſque cupit galathea lauari
Ante domum tumidæ moderator cerulus undæ
Excubat innocui cuſtos laris huius amico
Spumant templa ſalo:felicia rura tuetur
Alcides:gaudet gemino ſub numine portus
Hic ſeruat terras:hic ſæuis fluctibus obſtat.
Mira quies pelagi:ponunt hic laſſa furorem
Aequora & inſani ſpirant clementius auſtri
Hic præceps minus audet hyems:nulleque tumultu
Stagna modeſta iacent:dominique imitantia mores.
Inde per obliquas erepit porticus arces
Vrbis opus:longoque domat ſaxa aſpera dorſo
Qua prius obſcuro permixti puluere ſoles
Et feritas in amœna uiæ:nunc ire uoluptas
Qualis ſi iubeas ephyres baccheidos altum

Culmen:ab inoo fert ſemita tecta lecheo
Non mihi ſi cunctos helicon indulgeat amnes
Et ſuperet piplea ſitim:largeque uolantis
Vngula ſedet equi:referet arcana pudicos
Phœmonoe fontes:uel quos meus auſpice phœbo
Altius immerſa turbauit pollius urna.
Innumeras ualeam ſpecies cultuſque locorum
Pieriis æquare modis:uix ordine longo
Suffecere oculi.uix dum per ſingula ducor
Suffecere gradus:quæ rerum:turba:loci ne
Ingenium an domini mirer prius:hæc domus ortus
Aſpicit:& phœbi tenerum iubar illa cadentem
Detinet:exactamque negat dimittere lucem:
Cum iam feſſa dies & in æquora montis opaci
Vmbra cadit:uitreoque natant prætoria ponto
Hæc pelagi clamore fremunt:hæc tecta ſonoros
Ignorant fluctus:terræque ſilentia malunt:
His fauit natura locis:his uicta colenti
Ceſſit:& ignotos docilis manſueſcit in uſus:
Mõs erat hic ubi plana uides:& luſtra fuerunt
Quæ nunc tecta ſubis:ubi nunc nemora ardua cernis
Hic nec terra fuit:domuit poſſeſſor.& illum
Formantem rupes:expgnantemque ſecuta
Gaudet humus:nunc cerne iugum diſcentia ſaxa
Intranteſq; domos:iuſſumque recedere montem
Iam methymnei uatis manus:& chelis una
Tebais:& getici cedat tibi gloria plectri
Et tu ſaxa moues:& te nemora alta ſequuntur.
Quid referam ueteres ceræque æriſque figuras
Si quid apellei gaudent animaſſe colores
Si quid adhuc uacua (tamen admirabile) piſa
Phidaicæ raſere manus:quod ab arte myronis
Aut polycleteo iuſſum eſt:quod uiuere celo
Aeraque iſthmiacis auro potiora fauillis
Ora ducum & uatum ſapientumq; ora priorum
Quos tibi cura ſequi:quos toto pectore ſentis
Expers curarum:atque animum uirtute quieta
Compoſitus ſemperque tuus:quid mille reuoluam
Culmina:uiſendique uices:ſua cuique uoluptas
Atque omni propriũ thalamo mare:tranſque iacentem
Nerea diuerſis ſeruit ſua terra feneſtris
Hæc uidet inarimen:illinc prochita aſpera paret
Armiger ac magni patet hectoris:inde malignum
Aera reſpirat pelago circunflua neſſis
Inde uagis omen felix euplea carinis:

Q uæque ferit curuos exerta megalia fluctus
A ngitur & domino contra recubante:proculque
S urrentina tuus ſpectat prætoria limon:
V na tamen cunctis procul eminet una diætis
Q uæ tibi parthenopen directo limite ponti
I ngerit:hic grais penitus delecta metallis
S axa quot eoæ reſpergit uena ſyennes
S ynade quot mœſta phrygiæ fodere ſorores
P er cybeles lugentis agros:ubi marmore picto
C andida purpureo diſtinguitur area gyro
H ic & amyclei ceſum de monte lycurgi
Q uod uiret & molles imitatur rupibus herbas:
H ic nomadum lucent flauentia ſaxa thaſoſque
E t chios & gaudens fluctus ſpectare chariſtos
O mnia calchidicas turres obuerſa ſalutant
M acte animo quod grata probas:qđ grata frequentas
A rua nec inuideant quæ te genuere dicharchi
M œnia:nos docto melius potiemur alumno
Q uid nunc ruris opes pontoque noualia dicam
I niecta & madidas baccheo nectare rupes
S æpe per autumnum iam pubeſcente lyeo:
C onſcendit ſcopulos:noctiſque occulta ſub umbra
P almite maturo rorantia lumina terſit.
N ereis:& dulces rapuit de collibus uuas:
S æpe & uicino ſparſa eſt uindemia fluctu
E t ſatyri cecidere uadis:nudamque per undas
D orida montani cupierunt prendere panes:
S is felix tellus dominis ambobus in annos
M ygdonii piliique ſenis:nec nobile mutes
S eruitium:nec te cultu tyrinthia uincat
A ula:dicharcheique ſinus:nec ſæpius iſti
B landa therapnei placeant uineta galeſi
H ic ubi ſydereas exercet pollius artes
S eu uoluit monitus quos dat gargeticus auctor
S eu noſtram quatit ille chelin:ſeu diſſona nectit
C armina ſiue minax ultorem ſtringit iambon
H uc leuis ec ſcopulis meliora ad carmina ſyren
A duolat:& motis audit tritonia criſtis
T unc rapidi ponunt flatus:maria ipſa uetantur
O bſtrepere:mergunt pelago.doctamque trahuntur
A d chelin:& blandi ſcopulis delphines aderrant
V iue midæ gazis:& lydo ditior auro
T roica & euphratis ſupra diademata felix
Q uem non ambigui faſces:non mobile uulgus
N on leges:non caſtra tenent:qui pectore magno

ſpemq;

S pemque metumque domas uitio ſublimior omni
E xemptus fatis:indignantemque refellis
F ortunam:dubio quem non in turbine rerum
D eprehendet ſuprema dies:ſed abire paratum
A c plenum uita:nos uilis turba caducis
D eſeruire bonis:ſemperque optare parati·
S pargimur in caſus:celſa tu mentis ab arce
D eſpicis errantes humanaque gaudia rides.
T empus erat:cum te geminæ ſuffragia terræ
D iriperent:celſuſque duas ueherere per urbes
I nde dicarcheis multum uenerande colonis
H inc aſcitæ meis:pariterque his largus:& illis
A c iuuenile calens:plectrique errore ſuperbus.
A t nunc diſcuſſa rerum caligine uerum
A ſpicis:illo alii rurſus iactantur in alto
E t tua ſecuros portus blandamque quietem
I ntrauit non quaſſa ratis:ſic perge nec unquam
E meritam in noſtras puppem demitte procellas:
D iſcite ſecuri quorum de pectore mixtæ
I n longum coiere faces:ſanctuſque pudicæ
S eruat amiciciæ leges amor:ite per annos
S æculaque & priſcæ titulos precedite famæ:
T uque nurus inter cuius præcordia curæ
N on frontem uertere minæ ſed candida ſemper
G audia:& in uultu curarum ignara uoluptas
N on tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca
D iuitias auidique animum diſpendia torquent
F œnoris expoſiti cenſus:& docta fruendi
T emperies: non ulla deo meliore coherent
P ectora:non alias docuit concordia mentes.

ARBOR Ateolii Melioris.

STat quæ perſpicuas nitidi melioris opacet
Arbor aquas:complexa lacus:quæ robore ab imo
C uruata in modos redit inde cacumine recto:
A rdua ceu mediis iterum naſcatur ab undis
A tque habitet uitreum tacitis radicibus amnem
Q uid phœbum tam parua rogem:uos dicite carmen
N aiades:& faciles ſatis eſt date carmina fauni:
N ympharum teneræ fugiebant pana cateruæ
I lle quidem it cunctas tanquã uelit:& tamen unã
I n pholoen:hæc ſyluis fluminibuſque ſequentis
N unc hirtos greſſus:nunc improba cornua uitat
I amque & belligerum iani nemus:atraque caci
R ura:quirinaleſque fuga ſuſpenſa per agros
C elica tecta ſubit:iam demum uicta labore

Feſſa metu qua nunc placidi melioris aperti
Stant ſine fraude lares: flauos collegit amictus
Arctius & niueæ poſuit ſe margine ripæ
Inſequitur uelox pecorum deus: & ſua credit
Connubia ardenti iam iam ſuſpiria librat
Pectore: iam predæ leuis imminet: ecce citatos
Aduertit diana gradus: dum per iuga ſeptem
Errat: auentinæque legit ueſtigia terræ:
Pœnituit uidiſſe deam: conuerſaque fidos
Ad comites nunquam ne auidis arcebo rapinis
Hoc petulans fœdumque pecus: ſemperque pudici
Decreſcit mihi turba chori: ſic deinde locuta
Depromit pharetra telum breue: quod neque flexis
Cornibus: aut ſolito torquet ſtridore: ſed una
Emiſit contenta manu: leuumque ſoporem
Naiados auerſa fertur tetigiſſe ſagitta
Illa deam pariter ſurgens: hoſtemque proteruũ
Vidit: & in fontem niueos ne panderet artus
Sic tota cum ueſte ruit: ſtagniſque ſub altis
Pana ſequi credens ima latus implicat alga:
Quid faceret ſubito deceptus predo: nec altis
Credere corpus aquis hirtæ ſibi conſcius audet
Pellis: & a tenero nandi rudis: omnia queſtus
Immitem bromium ſtagna inuida & inuida tela
Primæuam uiſu platanum cui longa propago
Innumeræque manus: & iturus in ethera uertex
Depoſuit iuxta uiuamque aggeſſit arenam
Optatiſque aſpexit aquis: & talia mandat.
Viue diu noſtri pignus memorabile uoti
Arbor: & hæc duræ latebroſa cubilia nymphæ
Tu ſaltem decliuis ama. preme frondibus undam.
Illa quidem meruit: ſed ne precor igne ſuperno
Aeſtuet: aut dura feriatur grandine: tantum
Spargere tu laticem: & foliis turbare memento
Tunc ego teque diu recolam: dominamque benigne
Sedis: & illeſa tutabor utranque ſenecta:
Et iouis & phœbi frondes & diſcolor umbra
Populus: & noſtræ ſtupeant tua germina pinus
Sic ait: illa dei ueteres animata calores
Vberibus ſtagnis obliquo pendula trunco
Incubat atque umbris ſinuatur amantibus undas:
Sperat & amplexus: ſed aquarũ ſpiritus arcet.
Nec patitur tactus: tandem eluctata ſub auras
Libratur fundo: rurſuſque enode cacumen
Ingenioſa leuat: ueluti deſcendat in imos

ſtirpe

Stirpe lacus alia:iam nec phœbeia nais
Odit & excluſos inuitat gurgite ramos:
Hæc tibi parua quidem genitali luce paramus
Dona:ſed ingenti forſan uictura ſub æuo
Tu cuius placido poſuere in pectore ſedem
Blandus honos:hilariſque tamen cum pondere uirtus
Cui nec pigra quies nec iniqua potentia:nec ſpes
Improba:ſed medius per honeſta & dulcia limes
Incorrupte fidem:nulloſque experte tumultus
Et ſecrete palam quod digeris ordine uitam
Idem auri facilis contemptor & optimus idem
Comere diuitias:opibuſque immittere lucem
Hac longum florens animi morumque iuueuta
Iliacos æquare ſenes:& uincere perſta
Quos pater eliſio genitrix quos detulit annos
Hoc illi duras exorauere ſorores:
Hoc quæ te ſub teſte ſitum fugitura tacentem
Ardua magnanimi reuireſcit gloria bleſi

PSITACVS Atedii Melioris.

Psitace dux uolucrum domini facunda uoluptas
Humanæ ſolers imitator pſitace linguæ
Quis tua tam ſubito præcluſit murmura fato
Externas miſerande dapes moriturus iniſti
Nobiſcum:& gratæ carpentem munera menſæ
Errantemque thoris mediæ plus tempore noctis
Vidimus affatus etiam meditataque uerba
Reddideras:at nunc eterna ſilentia lethes
Ille canorus habet cedat phætontia uulgi
Fabula:nec ſoli celebrant ſua funera cycni
At tibi quanta domus rutila teſtudine fulgens:
Connexuſque ebori uirgarum argenteus ordo
Argutumque tuo ſtridentia limina cornu:
Et querulæ iam ſponte fores uacat ille beatus
Carcer:& auguſti nuſquam couuitia tecti
Huc doctæ ſtipentur aues:quis mobile fandi
Ius natura dedit:plangat pœbeius ales
Auditaſque memor pœnitus dimittere uoces
Sturnus:& aonio uerſæ certamine picæ:
Quique refert iungens iterata uocabula perdix
Et quæ biſtonio queritur ſoror orba cubili
Ferte ſimul gemitus cognataque ducite flammis
Funera:& hoc cunctæ miſerandum addiſcite carmen
Occidit aeriæ celeberrima gloria gentis
Pſitacus ille plagæ uiridis regnator eoæ:
Quem non gemmata uolucris iunonia cauda

V inceret aſpectu:gelidi non phaſidis ales:
N ec quas humenti numidæ rapuere ſub auſtro
I lle ſalutator nomenque regum locutus
C æſareum:& queruli quondam uice functus amici
N unc conuiua leuis:monſtrataque reddere uerba:
T am facilis quo tu melior dilecte recluſo
N unq̄ ſolus eras:at non inglorius umbris
M ittitur:aſſyrio cineres adolentur amomo:
E t tenues arabum reſpirant gramine plumæ
S icaniiſque crocis ſenio nec feſſus inerti
S candit odoratos phœnix felicior ignes

LEO MANSVETVS.

QVid tibi conſtrata manſueſcere profuit ira?
Quid ſcelus humanaſque animo dediſcere cedes?
I mperiumq; pati & domino parere minori?
Q uid quod abire domo rurſuſque in clauſtra reuerti?
S uetus:& a capta iam ſponte recedere præda?
I nſertaſque manus laxo dimittere morſu:
O ccidis altarum uaſtator docte ferarum:
N on grege maſſyllo curuaque indagine clauſus:
N on formidato ſupra uenabula ſaltu
I ncitus:aut cæco foueæ deceptus hiatu:
S ed uictus fugiente fera:ſtat cardine aperto
I nfelix cauea:& clauſas circum undique portas:
H oc licuiſſe nefas placidi timuere leones.
T um cunctis cecidere iubæ:puduitque relatum
A ſpicere & totas duxere in lumina frontes
A t non te primo fuſum nouus obruit ictu
I lle pudor manſere animi:uirtuſq; cadenti
A media iam morte redit:nec protinus omnes
T erga dedere minæ:ſicut ſibi conſcius alti
V ulneris aduerſum moriens it miles in hoſtem
A ttollitque manum & ferro labente minatur
S ic piger ille gradu:ſolitoque exutus honore
F irmat hians oculos animamque oſtemque requirit.
M agna tamen ſubiti tecum ſolatia læti
V icte feres quod te mœſti populuſque patreſque
C eu noctes caderes triſti gladiator arena
I ngemuere mori:magni quod cæſaris ora
I nter tot ſcythicas libycaſq; a littore rheni
E t pharia de gente feras quas perdere uile eſt
V nius amiſſi tetigit iactura leonis.

AD Vrſum Iuuenem epicedion Pileti

SAeue nimis lachrymis quiſquis diſcrimina ponis
Lugendique modos:miſerū eſt primæua parenti

pignora

Pignora ſurgenteſque nefas accendere natos:
Durum & deſerti præreпta coniuge patrem
Conclamare thori:mœſta & lamenta ſororum
Et fratrum gemitus:arcte tamen & procul intrat
Altius in ſenſus:maioraque uulnera uincit
Plaga minor:famulum (quoniam rerum omniũ ceca
Sic miſcet fortuna manu:nec pectora mouit)
Sed famulum gemis uſque pium:ſed amore fideque
Has meritum lachrymas:cui maior ſtemmate iuncto
Libertas ex mente fuit:ne comprime fletus:
Ne pudeat rumpat frenos dolor iſte:deiſque
Si tam dura placent hominẽ gemis (hei mihi ſubdo
Ipſe faces) hominẽ urſe tuum:cui dulce uolenti
Seruitium:cui triſte nihil:qui ſponte ſibique
Imperioſus erat:quis nam hæc in funera miſſes:
Caſtiget luctus:gemit inter bella peremptum
Parthus equum fidoſque canes fleuere moloſſi:
Et uolucres habuere rogum:ceruuſque maronis:
Quid ſi nec famulus:uidi ipſe animoſque notaui
Te tantum cupientis herum:ſed maior in ore
Spiritus:& tenero manifeſti in ſanguine mores
Optarent multum graiæ:cuperentque latinæ
Sic peperiſſe nurus:non talem creſſa ſuperbum
Callida ſolicito reuocauit theſea filo
Nec paris oebalios tales uiſurus amores
Ruſticus inuitas deiecit in æquora pinus:
(Non fallo:aut cantus aſſueta licentia ducit:)
Vidi & adhuc uideo qualem nec bella cauentem
Littore uirgineo thetis occultauit achillem:
Nec circum ſæui fugientem mœnia phœbi
Troilon hæmoniæ deprendit lancea dextræ:
Qualis eras procul heu cunctis pueriſque uiriſque
Pulchrior:& tantũ domino minor:illius unus
Ante decor:quantũ præcedit clara minores
Luna faces:quantũque alios premit heſperus ignes
Non tibi fœmineũ uultu decus:oraque ſupra
Mollis honos:qualis dubiæ poſt crimina formæ
De ſexu tranſire iubent:toruo que uirilis
Gratia:nec petulans acies blandique ſeuero
Igne oculi:qualis bellis iam caſſide uiſa
Parthenopeus erat:ſimplexque horrore decoro
Crinis & obſeſſæ nondum primoque micantes
Flore genæ:talem ledæo gurgite pubem
Educat eurotas:teneri ſic integer æui
Elin adit:primoſque ioui puer approbat annos:

N am pudor:inde notæ mentis tranquillaque morum
T emperies:teneroque animus maturior æuo:
(Carmine quo donaſſe queam) ſæpe ille uolentem
C aſtigabat herum:ſtudioque altiſq; iuuabat
C onſiliis:tecum triſtiſque hilariſque:nec unq̃
I lle ſuus uultumque tuo ſumebat ab ore
D ignus & hæmonium pyladen præcedere fama
C ecropiamque fidem (ſed laudum terminus eſto
Q uem fortuna ſinit) non mente fidelior ægra
S perauit tardi reditus eumæus uliſſis
Q uis deus aut quiſnam tam triſtia uulnera caſus
E ligit? unde manus fatis iam certa nocendi?
O q̃ diuitiis cenſuque exutus opimo.
F ortior urſæ fores:ſi uel fumante ruina
R uctaſſent dites ueſuuina incendia locros
S eu pollentinos merſiſſent flumina ſaltus.
S eu lucanus ager:ſeu tybridis impetus altas
I n dextram torſiſſet aquas:paterere ſerena
F ronte deos:ſiue alma fidem miſſeſque negaſſet
C retaque:cyreneque.& qua tibi cumque beato
L arga redit fortuna ſinu:ſed gnara dolorum
I nuidia infelix animi uitalia uidit
L ædendique uias:uite modo carmen adultæ
N ectere tendebat iuuenum pulcherrimus ille
C um tribus eleis unam trieterida luſtris
A ttendit toruo triſtis rhamnuſia uultu
A c primum impleuitque toros oculiſque nitorem
A ddidit & ſolito ſublimius ora leuauit
H eu miſero letale fauens:ſeſeque uidendo
T orſit:& inuidia:mortemque amplexa iacenti
I niecit nexus:carpſitque imitis adUncha
O ra ferenda manu:quinta uix phoſphores hora
R orantem ſternebat equum:iam littora duri
S eua pylete ſenis:durumque acheronta uidebas
Q uo domini clamante ſono:non ſæuius atres
N igraſſet planctu genitrix tibi ſæua lacertos
N ec pater:& certe qui uidit funera frater
E rubuit uinci:ſed nec ſeruilis adempto
I gnis:odoriferos exhauſit flamma ſabeos
E t cylicum meſſes:phariæq; exempta uolucri
C ynnama:& aſſyrio manantes gramine ſuccos
E t domini fletus:hos tantum hauſere fauillæ
H os bibit uſque rogus:nec quod tibi ſetia canos
R eſtinxit cineres:gremio nec lubricus oſſa
Q uod ualluit onyx miſeris acceptius umbris
quam gemitus

Quam gemitus:ſed & ipſe iuuat:quid terga dolori
Vrſe damus?quid damna foues & pectore iniquo
Vulnus amas?ubi nota reis facundia raptis:
Quid caram crucias tam ſæuis luctibus umbram.
Eximius licet ille animi:merituſque dolorem
Soluiſti:ſubit ille pios:carpſitque quietem
Helyſiam:claros que illic fortaſſe parentes
Inuenit:aut illic per amœna ſilentia lethes
Forſan auernales alludunt undique mixtæ
Naiades:obliquoque notat proſerpina uultu:
Pone precor queſtus alium tibi fata pyleton:
Forſan & ipſe dabit moreſque abitumque decoros
Monſtrabit gaudens:ſimilemque docebit amorem.

GENETHLIACON LVCANI.

LVcani proprium diem frequentet
Quiſquis collibus hiſtmiæ diones
Docto pectora concitatus œſtro
Pendentis bibit ungulæ liquorem:
Ipſis quos penes eſt honor canendi
Vocalis cytharæ repertor archas:
Et tu baſſaridum rotator euhan:
Et pæan:& euhantiæ ſorores:
Letæ purpureas nouate uittas:
Crinem comite:candidamque ueſtem
Perfundant hederæ recentiores:
Docti largius euagentur amnes:
Et plus aoniæ uirete ſyluæ:
Et ſi qua pateram & diem recepit
Sertis mollibus expleatur umbra:
Centum theſpiacis odora lucis
Stent altaria uictimæque centum
Quas dirce lauat:aut alit cytheron
Lucanum canimus fauete linguis
Veſtra eſt iſta dies fauete muſæ:
Dum qui uos geminas tulit per artes
Et iunctæ pede uocis:& ſolutæ
Romani colitur chori ſacerdos:
Felix heu nimis & beata tellus:
Quæ pronos hyperionis meatus
Summis oceani uides in undis:
Stridoremque rotæ cadentis audis:
Quæ tritonidæ fertiles athenas
Vnctis betica prouocas trapetis:
Lucanum potes imputare terris:
Hoc pluſquam ſenecam dediſſe mundo

A ut dulcem generaſſe gallicnem,
A ttollat refluos in aſtra fontes
G raio nobilior melethe betis:
B etim mantua prouocare noli,
N atum protinus atque humum per ipſam
P rimo murmure dulce uagientem
B lando calliope ſinu recepit:
T um primum poſito remiſſa luctu
L ongos orpheos exuit dolores
E t dixit puer o dicate muſis
L ongæuos cito tranſiture uates:
N on tu flumina nec greges ferarum
N ec plectro geticas mouebis ornos:
S ed ſeptem iuga martiumque tybrim:
E t doctos equites & eloquente
C antu purpureum trahes ſenatum:
N octurnas alii phrygum ruinas
E t tardi reducis uias ulyſſis
E t pupem temerariam mineruæ
T rita uatibus orbita ſequantur:
T u carus latio memorque gentis
C armen fortior exeris togatum:
A c primum:teneris:adhuc inanis
L udes hectora:theſſaloſque currus
E t ſupplex priami potentis aurum
E t ſedes reſerabis inferorum
I ngratus nero dulcibus theatris:
E t noſter tibi proferetur orpheus:
D ices culminibus remi uagantis:
I nfandos dominis nocentis ignes
H uc caſtæ titulum decuſque pollæ
I ucunda dabis allocutione
M ox cœpta genereſior iuuenta
A lbos oſſibus italis philippos
E t pharſalica bella detonabis:
E t fulmen dulcis inter arma diui
L ibertate grauem pia catonem
E t gratum popularitate magum:
T u peluſciaci ſcelus canopi
D eflebis pius:& pharo cruenta
P ompeio dabis altius ſepulchrum:
H æc primo iuuenis canes ſub æuo
A nte annos culicis maroniani
C edet muſa rudis ferocis enni:
E t docti furor arduus lucreti:

Et qui per freta duxit argonautas:
Et qui corpora prima transſigurat.
Quid maius loquor:ipſa te latinis
Aeneis uenerabitur carentem:
Nec ſolum dabo carminum nitorem
Sed tedis genialibus dicabo
Doctam atque ingenio tuo decoram
Qualem blanda uenus daretque iuno
Forma:ſimplicitate:comitate:
Cenſu:ſanguine:gratia:decore:
Et ueſtros hymeneon ante poſtes
Feſtis cantibus ipſa perſonabo:
O ſæue nimium grauesque parcæ
O nunquam data feſta longa ſummis
Cur plus ardua caſibus petatis
Cur ſeua uice magna non ſeneſcunt
Sic natum naſamonii tonantis
Poſt ortus obituſque fulminatos
Anguſto babylon premit ſepulchro:
Sic fixum paridis manu potentis
Peliden thetis obruit cadentem:
Sic ripis ego murmurantis ebri
Non mutum caput orpheos ſequebar
Sic & tu rabidi nephas tyranni
Iuſſus præcipitem ſubire lethem:
Dum pugnas canis arduaque uoce
Das ſolatia grandibus ſepulchris
O dirum ſcelus:o ſcelus:tacebis:
Sic fata eſt leuiterque decidentes
Abraſit lachrymas nitente plectro
At tu ſeu rapidum poli per axem
Famæ curribus arduis leuatus
Qua ſurgunt animæ potentiores
Terras deſpicis:& ſepulchra rides
Seu pacis merito nemus recluſæ
Felix heliſiis tenes in oris:
Quo pharſalica turba congregatur
Et te nobile carmen inſonantem
Pompei comitantur & catones
Tu magna ſacer & ſuperbus umbra
Neſcis tartaron:& procul nocentum
Audis uerbera palidumque uiſa
Matris lampade reſpicis neronem:
Adſis lucidus:& uocante polla
Vnum queſo diem deos ſilentum
Exores:ſolet hoc patere limen

A d nuptas redeuntibus maritis:
H æc te non thyaſis procax doloſis
F alſi numinis induit figura:
I pſum ſed colit & frequentat ipſum
I mis altius inſitum medullis
A c ſolacia uana ſubminiſtrat
V ultus: qui ſimili notatus auro
S tratus prenitet incubatque ſomno:
S ecuræ procul hinc abite mortes
H æc uitæ genialis eſt origo:
C edat luctus atrox: geniſque manent
I am dulces lachrymæ: dolorque feſſus
Q uicquid fleuerat ante nunc adoret.

P.PAPINII STATII SYLVARVM.
LIBER TERTIVS.

TIbi certe polli dulciſſime & hac cui tam fideli ter inheres quiete digniſſime non habeo pro bandam diu bellorum iſtorum temeritaté: cũ ſcias multos ex illis in ſinu tuo ſubito natos:& hanc audaciam ſtili noſtri frequenter expaueas: quotiens i illius facundiæ tuæ penetraſti ſeductus altius intro:& in omnes a te ſtudiorum ſinus ducor: Securus itaque tertius hic ſyluarum noſtrarum liber ad te mititur: habuerat quidem & ſecundus teſtem ſed hic habet auctorem: Nam primum limen eius Hercules ſurrentinus aperit quem in littore tuo conſecratum ſtatim ut uideram his uerſibus adoraui: Sequitur libellus quo ſplendidiſſimum & mihi iucũdiſſimum iuuenem Nouium celerem a ſacratiſſimo imperatore miſſũ ad legionem ſyriacam quia ſequi non poterã ſic proſequutus ſum: merebatur & claudii ætruſci mei pietas aliquod ex ſtudiis noſtris ſolaciũ cũ lugeret ueris amariſſimum eſt lachrymis ſenem patrem. quod Carinus præterea germanici dei noſtri libertus ſcit q̃ diu deſideriũ eius moratus ſim cum petiiſſet ut capillos ſuos quos cũ gémata pixide & ſpeculo ad pergameũ Aſclepium mitebar uerſibus dedicarem: Summa eſt egloga qua mecũ ſecedere Neapolim claudiam meam exhortor: hic ſi uerum dicimus ſermo eſt equidem ſecurus ut cũ uxore:& qui perſuadere malit q̃ placere: huic præcipue libello faucbis cum ſcias hanc deſtinationem quietis meæ tibi maxime intendere meque non tam in patriam q̃ ad te ſecedere

INtermiſſa tibi renouat tyrinhtie ſacra
Pollius:& cauſas deſignat deſidis anni:
Quod coleris maiore tholo:nec littora pauper
Nuda tenes:tecumq; uagis habitabile nautis:
Sed nitidos poſtes graiis effulta metallis
Culmina ceu tedis iterum luſtratus honeſti
Ignis ab œthea conſcenderis ethera flamma.
Vix oculss animoque fides:tu ne ille recluſi
Liminis:& paruæ cuſtos in glorius aræ:
Vnde hæc aula recens:fulgorque inopinus agreſti
Alcide:ſunt fata deum:ſunt fata locorum?
O uelox pietas:ſteriles hic nuper arenas
Aſperſum pelago montis latus hirtaque dumis
Saxa:nec ulla pati faciles ueſtigia terras:
Cernere erat:quæ nam ſubito fortuna rigentes
Ductauit ſcopulos:tyrio ne hæc mænia plectro
An getica uenere lyra:ſtupet ipſe labores
Annus:& anguſto biſſeni limite menſes
Longæuum mirantur opus:deus attulit arce
Erexitque ſuas:atque obluctantia ſaxa
Summouit nitens & magno pectore montem
Repulit:immitem credas iuſſiſſe nouercam
Ergo age ſeu patrios liber iam legibus agros
Incolis:& merſum tumulis euriſthea calcas
Siue tui ſolium iouis:& uirtute parata
Aſtra tenes:hauſtumque tibi ſuccincta beati
Nectaris excluſo melior phryge porrigit hebe:
Huc ades:& genium templis naſcentibus infer:
Non te lerna nocens:nec pauperis arua molorchi
Nec formidatus nemees ager antraque poſcunt
Thracia:nec pharii polluta altaria regis:
Sed felix ſimplexq; domus:fraudumque malarum
Inſcia:& hoſpitibus ſuperis digniſſima ſedes
Pone truces arcus:agmenque imite pharetræ
Et regum multo profuſum ſanguine robur
Luſtratumque humeris dimitte gerentibus hoſtem.
Hic tibi ſidonio celſum puluinar acantho
Texitur:& ſignis creſcit torus aſper eburnis
Pacatus mitiſq; ueni:nec turbidus ira:
Nec famulare timens:ſed quem te menalis auge
Detinuit:qualemq; uagæ poſt crimina noctis:
Theſpius obſtipuit totiens ſocer:hic tibi feſta

gymnas

G ymnas:& inſontes iuuenum ſine ceſtibus iræ:
A nnua ueloci peragunt certamina luſtro:
H ic templis inſcriptus auo gaudente ſacerdos:
P aruus adhuc:ſimiliſque tui cum prima nouercæ
M onſtra manu premeres:atque exanimata doleres:
S ed quæ nam ſubiti ueneranda exordia templi
D ic age caliope:ſocius tibi grande ſonabit
A lcides:tenſoque modos imitabitur arcu.
T empus erat cæli cum torrentiſſimus axis
I ncubuit terris:ictuſque hyperione multo
A cer anhelantis incendit ſyrius agros:
I amque dies aderat profugis cum regibus aptum:
F umat aricinum triuiæ nemus:& face multa
C onſcius hippolyti ſplendet lacus:ipſa coronat
E meritos diana canes:& ſpicula tergit:
E t tutas ſinit ire feras:omniſque pudicis
I tala terra focis:hecateias excolit idus
A ſt ego dardaniæ quamuis ſub collibus albæ
R us propriũ magnique ducis mihi munere currens
V nda domi curas mulcere æſtuſque leuare
S ufficerent notas ſyrenum nomine rupes:
F acundique larem polli non hoſpes habebam
A ſſidue moreſque uiri pacemque nouoſque
P ieridum flores:intactaque carmina diſcens
F orte diem triuiæ dum littore ducimus udo
A nguſtaſque fores aſſutaque tecta grauamus
F rondibus & patula defendimus arbore ſoles:
D elituit cælum & ſubitis lux candida ceſſit
N ubibus:& tenuis grauiore fauonius auſtro
I mmaduit:qualem lybiæ ſaturnia nymbum
A ttulit illiaco dum diues eliſa marito
D onatur:teſteſque ululant per deuia nymphæ
D iffugimus feſtaſque dapes redimitaque uina
A rripiunt famuli:nec quo conuiuia migrent
Q uamuis innumeræ gaudentia rura ſupernæ
I nſedere domus:& multo culmine diues
M ons nitet:inſtantes ſed proxima querere nymbi
S uadebant:læſique fides reditura ſereni
S tabat dicta ſacri tenuis caſa nomine templi
E t magnũ alcidem humili lare parua premebat
F luctiuagos nautas ſcrutatoreſque profundi
V ix operire capax:huc omnis turba coimus
H uc epulæ diteſque chori cœtuſque miniſtrum
S tipantur.nitidæque cohors gratiſſima pollæ
N on cœpere fores auguſtaque deficit ædes

E rubuit riſitque deus dilectaq; polli:
C orda ſubit:blandiſque uirum complectitur ulnis
T unc inquit:largitor opũ:qui mente profuſa
T ecta dicharchei pariter:iuuenemque repleſti
P arthenopen:noſtro qui tot uaſtigia monti
T ot uirides lucos:tot ſaxa imitantia uultus
A eraq; tot ſcripto uiuentes lumine ceras
F ixiſti:quid enim iſta domus?quid terra priuſquã
T e gauderet erant?longeq; in tramite nudes
T exiſti ſcopulos:fueratque ubi ſemita tantum
N unc ibi diſtinctis ſtat porticus alta columnis
N e ſorderet iter:curui tu littoris ora
C lauſiſti calidas tenera teſtudine nymphas
V ix opera enumerem mihi pauper & indigus uni
P olliu:& talis:hilaris tamen intro penatis
E t littus quod pandis amo:ſed proxima ſedem
D eſpicit:& tacite ridet mea lumina iuno
D a templũ dignaſque tuis conatibus aras·
Q uas puppes uelis nolint tranſire ſecundis:
Q uo pater ethereus:menſiſque accita deorum
T urba:& ab excelſo ueniat ſoror hoſpita templo:
N ec te quod ſolidus contra riget umbo mallgni
M onitis:& immenſo nonunquã exeſus ab æuo:
T erreat:ipſe adero & conamina tanta iuuabo:
A ſperaque inuitæ perfringam uiſcera terræ
I ncipe & herculeis fidens hortatibus aude:
N on amphioniæ ſteterint uelocius arces
P ergameus ue labor:dixit mentemque reliquit
N ec mora conſcripta formatur imagine tela
I nnumere coiere manus his cedere ſyluas
E t leuare trabes:illis immergere curæ
F undamenta ſolo coquitur pars uiuida terræ
P rotectura hyemes atque excluſura pruinas
I ndomituſque ſilex curua fornace liqueſcit:
P ræcipuus ſed enim labor eſt excindere dextra
O ppoſitas rupes & ſaxa rigentia ferro:
H ic pater ipſe loci poſitis ryrinthius armis
I nſudat ualidaque ſolum deforme bipenni
C um graue nocturna cælũ ſubtexitur umbra
I pſe fodit:dites capreæ uirideſque reſultant
T aurubulæ:& terris ingens redit æquoris echo:
N on tam grande ſonat motis incudibus ætnæ
C um brontes ſteropeſque ferit:nec maior ab antris
L emniacis fragor eſt:ubi flammeus ægida cælat
M ulciber:& caſtis exornat pallada donis:

decreſcũt

Decreſcunt ſcopuli & roſea ſub luce reuerſi
Artifices mirantur opus: uix annus anhelat
Alter: & ingenti diues tyrinthius arce
Deſpectat fluctus & uictæ tecta nouercæ
Prouocat: & dignis inuitat pallada templis.
Iam placidæ dant ſigna tubæ: iam fortibus ardens
Fumat arena ſacris: hos nec piſeus honores
Iuppiter: aut cyrræ pater aſpernetur opacæ
Nil his triſte locis: cedat lachrymabilis iſthmos
Cedat atrox nemee: litat hic felicior infans:
Ipſe puniceis uirides nereides antris
Exiliunt ultro: & ſcopulis uiuentibus herent
Nec pudet occulte nudas ſpectare paleſtras
Spectat & icario nemoroſus palmite gaurus
Syluaque quæ ſixam pelago neſida coronat:
Et placidus limon: numenque euplea carinis
Et lucrina·uenus: phrygioque e uertice graias
Addiſcis miſcene tubas ridetque benigna
Parthenope gentile ſacrum: nudoſque uirorum
Certatus: & parua ſuæ ſimulacra coronæ
Quin age & ipſe libens proprii certaminis actus
Inuicta dignare manu: ſeu nubila diſco
Findere: ſeu uolucres zephiros præuertere telo
Seu tibi dulce manu lybicas nudare paleſtras
Indulge his ſacris: & ſi tibi poma ſuperſunt
Heſperidum: gremio uenerabilis ingere pollæ:
Nam capit: & tantum non dedignatur honorem
Quid ſi dulce decus uirideſque reſumeret annos?
Da ueniam alcide: fors hinc & penſa tuliſſes:
Hæc ego naſcentes lætus bacchatus ad aras
Libamenta tuli: nunc ipſe in limine cerno
Soluentem uoces: & talia dicta ferentem:
Macte animis opibuſque: meos imitare labores:
Qui rigidas rupes infecundeque pudenda
Naturæ deſerta domas: & uertis in uſum
Luſtra habitata feris: fœdæque latentia profers
Numina: quæ tibi nunc meritorum premia·ſoluam
Quas referam grates: parcarum fila tenebo
Extendamque colos: duram ſcio uincere mortem
Auertam luctus: & triſtia damna uetabo
Teque nihil læſum uiridi renouabo ſenecta:
Concedamque diu iuuenes ſpectare nepotes:
Donec & hic ſponſæ maturus & illa marito.
Rurſus & ex illis ſoboles noua: grexque proteruus
Nunc humeris irreptet aui: nunc agmine blando

C ertatim placidæ concurrat ad oſcula pollæ:
N am templis nunquam ſtatuetur terminus æui
D um me flamigeri portabit machina cæli
N ec mihi plus nemee: priſcumq; habitabitur argos
N ec tiburna domus: ſoliſque cubilia gades:
S ic ait: & tangens ſurgentem altaribus ignem:
P opuleaque mouens albentia tempora ſylua:
E t ſtyga & etherei iurauit flumina patris.

PROpemticon Metii Celeris

O d li quibus audaces amor eſt ſeruare carinas
Sæuaque uentoſi mulcere pericula ponti
S ternite molle fretum: placidumque auertite uotis
C oncilium: & lenis non obſtrepat unda precanti:
G rande tuo rarumque damus neptumne profundo
D epoſitum: iuuenis dubio committitur alto
M etius: atque animæ partem ſuper æquora noſtræ
M aiorem tranſſere parat: proferte benigna
S ydera: & antennæ gemino conſidite cornu
O ebalii fratres: ſerenus pontuſque poluſque
L uceat iliacæ: longe nymboſa ſororis
A ſtra fugate precor: totoque excludtie cælo
V os quoque ceruleum diuæ nereides agmen
Q uis honor & regni ceſſit fortuna ſecundi:
(Dicere quæ magni fas ſit mihi ſydera ponti:)
S urgite de uitreis ſpumoſæ doridos antris
B aianoſque ſinus & fœta tepentibus undis
L ittora trauquillo certatim ambite natatu:
Q uærentes ubi celſa ratis: qua ſcandere gaudet
N obilis auſoniæ celer armipotentis alumnus?
N ec quærenda diu: modo nam trans æquora terris
P rima dicarcheis pharium grauis intulit annum
P rima ſalutauit capreas: & margine dextro
S parſit tyrrhenæ mareotica uina mineruæ:
H uius utrunque latus molli præcingite gyro
P artiteque uices: uos ſtupea tendite mali
V incula: uos ſummis annectite ſupara uelis:
V os zephyris aperite ſinus: pars tranſtra reponat:
P ars demittat aquis curuæ moderamina pupis
S int quibus exploret rupes grauis arte molorchus
Q uæque ſecuturam religent poſt terga phaſelon:
V ncaque ſummerſæ penitus retinacula uelans
T emperet hæc æſtus: pelaguſque inclinet adortus:
O fficio careat glaucarum nulla ſororum:

huic

H uiſc multo protheus:geminoq; hinc corpore triton
P rænatet:& ſubitis qui perdidit inguina monſtris
G laucus:adhuc quotiens patriis allabitur oris
L ittoream blanda feriens anthedona cauda:
T u tamen ante omnes diua cũ matre palæmon
A nnue:ſi ueſtras amor eſt mihi pandere thebas
N ec cano degeneri phœbeiũ amphiona plectro:
E t pater eolio frangit qui carcere uentos:
C ui uarii flatus:omniſq; per æquora mundi
S piritus ac hyemes nymboſaq; nubila parent
A rctius abiecto borrean eurũque notumque
M onte premat:ſoli zephyro ſit copia cæli.
S olus agat puppes ſummaſq; ſupernatet undas
A ſſiduus pellago:donec tua turbine nullo
L æta parethoniis aſſignet carbaſa ripis:
A udimur:uocat ipſe ratem nautaſque morantes
I ncrepat inde meũ timido iam frigore pectus
L abitur:& nequeo:quamuis mouet ominis horror:
C laudere ſuſpenſos oculorum in margine fletus:
I amque ratem terris diuiſit fune ſoluto
N auita:& anguſtum deiecit in æquora pontem
S erius e puppi longo clamore magiſter:
D iſſipat amplexus atque oſcula fida reuellit
N ec longum cara licet in ceruice morari
A t tamen in terras e plebe nouiſſimus omni
I bo:nec egrediar niſi iam cedente carina:
Q uis rude & abſciſſum miſeris animantibus æquor
F ecit iter:ſolidæque pios telluris alumnos
E xpulit in fluctus pelagoq; immiſit hiantes:
A udax ingenii:nec enim temeraria uirtus
I lla magis ſumme gelidumq; pelion oſſæ
I unxit:anhelantemque iugis bis preſſit olympum:
V ſque adeo ne parum lentas tranſire paludes:
S tagnaq; & anguſtos ſubmittere pontibus amnes
I mus in abruptum:gentileſq; undique terras
F ugimus:exigua clauſi trabe & aere nudo
I nde furor uentis indignatæque procellæ
E t cæli fremitus:& fulmima plura tonanti:
A nte rates pigro torpebant æquora ſomno
N ec ſpumare thetis:nec ſpargere nubila fluctus
A udebant:uiſis tumuerunt puppibus undæ:
I nq; hominem ſurrexit hyems:tunc nubila plias
O leniumque pecus:ſolito tunc peior orion
I uſta queror:fugit ecce uagas ratis acta p undas
P aulatim minr:& longe ſeruantia uincit

L umina tot gracili ligno complexa timores:
Q uæque ſuper reliquos te noſtri pignus amoris
P ortatura celer:quos nunc ego pectore ſomnos
Q uos ue queam perferre dies:quis cuncta pauenti
N uncius an facili te prætermiſerit unda:
L ucani rabida ora maris:num torua cahrybdis
F luctuet:an ſiculi populatrix uirgo profundi:
Q uos tibi curreti præceps gerit adria mores
Q uæ pax carpathio:quali te ſubuehat aura
D oris agenorei furtis blandita iuuenci:
S ed merui quæſtus:quid enim te caſtra petente?
N on uel ad ignotos ibam comes impiger indos:
C ymeriumq; chaos:ſtarem prope bellica regis
S igna mei:ſeu tela manu ſeu frena teneres:
A rmatis ſeu iura dares:operumque tuorum
E t ſi non ſocius certe mirator adeſſem
S i quondam magno phœnix reuerendus achilli:
L ittus ad iliacum tymbreaque pergama uenit:
I mbellis tumidoque nihil iuratus atride
C ur nobis ignauus amor?ſed pectore fido
N uſq; abero:longiſque ſequar tua carbaſa uotis
I ſi phoroneis quondam ſtabulata ſub antris
N unc regina phari:numenque orientis anhelli
E xcipe multiſono puppem mareotida ſiſtro
A c iuuenem egregium:latius cui ductor eoa
S igna paleſtrinaſque dedit frenare cohortes:
I pſa manu placida per limina feſta:ſacroſq;
D uc portus:urbeſque tuas:te præſide noſcat:
V nde plaudoſi fecūda licentia nili:
C ur uada deſidant & ripa coerceat undas
C ecropio ſtagnata luto:cur inuida memphis
C urua teramnei laſciuiat ora canopi:
C ur ſeruet pharias letheus ianitor aras:
V ilia cur magnos æquent animalia diuos.
Q uæ tibi proſternat uiuax altaria phœnix
Q uos dignetur agros:aut quo ſe gurgite nili:
M ergat adoratus trepidis paſtoribus apis:
D uc & ad emathios manes ubi belliger urbis
C onditor hybleo perfuſus nectare durat:
A nguiferamque domum:blando qua merſa ueneno
A ctias auſonias fugit cleopatra cathenas:
V ſque & in aſſyrias ſedes:mandataque caſtra
P roſequere:& marti iuuenem dea trade latino
N ec nouus hoſpes erit:puer hic ſudauit in armis

Notus adhuc tantum maioris munere claui
Iam tamen & turmas facili peruertere gyro
Fortis:& eoas iaculo damnare ſagittass
Ergo erit illa dies:qua te maiora daturus
Cæſar ab emerito iubeat diſcedere bello:
Hoc nos hoc iterum ſtantes in littore uaſtos:
Cernemus fluctus aliaſque rogabimus auras:
O tum quantus ego:aut quanta uotiua mouebo
Plectra lyra:cum me magna ceruice ligatū
Attolles humeris:atque in mea pectora primum
Incumbes e puppe nouus:ſeruataque reddes
Colloquia: inq; uicem euphraten & bactra ſacraſq;
Antiquæ babilonis opes:& zeugma latinæ
Pacis iter:qua dulce nemus florentis idumes
Qua precioſa tyros rubeat:qua purpura ſucco
Sidoniis iterata uadis:ubi germine primum
Candida felices ſudant opobalſama uirgæ:
Aſt ego deuictis dederim quæ buſta pelaſgis
Quæ ue laboratas claudit mihi pagina thebas.

LACHRYMAE ETRVSCI.

SVmma deum pietas cuius gratiſſima cælo
Rara prophanatas inſpectant numina terras
Nunc uittata comas:niueoque inſignis amictu
Qualis adhuc preſens nullaque expulſa nocētū
Fraude rudes populos:atque aurea regna colebas:
Mittibus exequiis ades:& lugentis etruſci
Cerne pios fletus:laudataque lumina terge:
Nam quis inexpleto rumpentem pectora quæſtu
Complexumq; rogos:incumbentemque fauillis
Aſpiciens non aut primæuæ funera plangi
Coniugis:aut nati modo pubeſcentia credat
Ora rapi flammis:pater eſt qui fletur:adeſte
Diiq; homineſque ſacris:procul hinc procul ite nocētes
Si cui corde nefas tacitū:feſſique ſenectus
Longa patris:ſi quis pulſatæ conſcius unquam
Matris:& inferna rigidū timet eacon urna:
Inſontes caſtoſque uoco:tenet ecce ſeniles
Leniter implicitos uultus:ſanctamq; parentis
Caniciem ſpargit lachrymis:animæque ſupremū
Frigus amat:celeres genitoris filius annos:
(Mira fides) nigraſque putat properaſſe ſorores:
Exultent placidi lethea ad flumina manes:

Elyſiæ gaudete domus: date ſerta per aras
Feſtaque pallentes hilarent altaria luces:
Felix heu nimium: felix plorataque nato
Vmbra uenit: longe furiarum ſibila longe
Tergeminus cuſtos: penitus uia longa pateſcat
Manibus egregiis: eat horrendumq; ſilentis
Accedat domini ſolium: grateſque ſupremas
Præferat & totidem iuueni roget anxius annos
Macte pio gemitu dabimus ſolacia dignis
Luctibus æternaſque ultro ſacrabimus umbras
Inferias etruſce ſeni: tu largus æoa
Germina tu meſſes cylicumque arabumque ſupbas
Merge rogis: ferat ignis opes: heredis & alto
Aggere miſſuri nitido pia nubila cælo
Stipentur cineres: nos non arſura feremus
Munera: uenturoſque tuus durabit in annos
Me monſtrante dolor: neque enim mihi fiere parentem
Ignotum ſimilis geminum proiectus ad ignem:
Ille mihi tua damna dies compeſcere cantu
Suadet: & ipſe tuli quos nunc tibi confero quæſtus
Non tibi clara quidem ſenior placidiſſime gentis
Linea nec proauis demiſſum ſtēma ſed ingens
Suppleuit fortuna genus: culpamque parentum
Occuluit: neq; enim domines de plebe tuliſti:
Sed quibus occaſus pariter famulantur & ortus
Nec pudor iſte tibi: quid enim terriſque poloque?
Parendi ſine lege manet: uice cuncta geruntur
Alterniſq; premunt propriis ſub regibus omnis
Terra: premit felix regum diademata roma
Hanc ducibus frenare datum: mox creſcit in illos
Imperium ſuperis: ſed habent & numina legem
Seruit & aſtrorum uelox chorus: & uaga ſeruit
Luna nec iniuſſe totiens redit orbita lucis
Et modo ſi fas eſt æquare iacentia ſummis
Pertulit & ſæui tyrinthius horrida regis
Pacta nec erubuit famulantis fiſtula phœbi?
Sed neque barbaricis latio tanſmiſſus ab oris.
Smyrna tibi gentile ſolum: potuſque uerendo
Fonte meles: hermique uadum: quo lydius intrat
Bacchus: & aurato reficit ſua cornua limo:
Læta de hinc ſeries: uariis ex ordine curis
Auctus honos: ſemperque gradu prope numina: ſemp
Cæſareum coluiſſe latus: ſacriſque deorum
Arcanis hærere datum: tibereia primum
Aula tibi uix dum ora noua mutante iuuenta

P andiitur hic annis multa ſuper indole uictis
L ibertas oblata uenit:nec proximus heres
I mmitis quâqua m& furiis agitatus abægit:
H inc & in arctoas tenuis comes uſque pruinas
T erribilem affatu paſſus uiſuque tyrannum
I mmanemq; ſuis:ut qui metuenda ferarum
C orda domant:merſaſque iubent iam ſanguine tacto
R eddere ab ore manus:& nulla uiuere præda
P ræcipuos:ſed enim merito ſurrexit in arcus
N on dũ ſtelligerum ſenior demiſſus in axem
C laudius:& longo tranſmittit habere nepoti
Q uis ſuperos metuens pariter tot templa tot aras
P romeruiſſe datur?ſummi iouis aliger archas:
N uncius:imbrifera potitur thaumantide iuno:
S tat celer obſequio iuſſa ad neptumia triton
T u totiens imitata ducum iuga rite tuliſti
I nteger:inq; omni felix tua cymba profundo
I amq; piam lux alta domum præcelſaq; toto
I ntrauit fortuna gradu:iam creditur uni
S anctarum digeſtus opũ:parcæq; per omnes
D iuitiæ populos:magniq; impendia mundi:
Q uicquid ab auriferis eiectat hiberia foſſis
D almatico quod monte nitet quod meſſibus aphris
V eritur:æſtiferi quicquid terit area nili
Q uodq; legit merſus pelagi ſcrutator eoi
E t lacedemonii pecuaria culta galeſi
P erſpicuæq; niues:maſſylaque robora:& indi
D entis honos:unique parent commiſſa miniſtro
Q uæ boreas quæque eurus atrox quæ nubibus auſter
I nuehit:hibernos citius numeraueris imbres:
S yluarumque comas uigilis te animique ſagacis
E xcitus euoluit:quâtum romana ſub omni
P ila die:quantũq; tribus:quid templa?quid alti
V ndarũ curſus?quid propugnacula poſcant
A equoris?aut longe ſeries porrecta uiarum
Q uod domini celſis niteat laquearibus aurũ
Q uæ diuum in uultus igni formanda liqueſcat
M aſſa:quid auſoniæ ſcriptũ crepet igne monetæ:
H inc tibi rara quies animoq; excluſa uoluptas
E xiguæq; dapes:& nunquam læſa profundo
C ura mero:ſed iura tamen genialia cordi
E t mentẽ uincire toris:& iungere feſta
C onnubia:& fides domino genuiſſe clientes·
Q uis ſublime genus formamq; inſignis etruſcæ
N eſciat?aut unquam proprio mihi cognita uiſu

S ed decus eximium formæ par reddit imago
V ultibus & ſimilis natorum gratia monſtrat
N ec uulgare genus faſces ſummamque curulem
F rater & auſonios enſes mandataque fidus
S igna tulit: cum prima truces amentia dacos
I mpulit:& magno gens eſt damnata triumpho
S i quicquid patrio ceſſatum eſt ſanguine mater
R eddidit obſcurumque latus clareſcere uidit
C onnubio gauiſa domus:nec pignora longe
Q uippe bis ad partus uenit lucina manuque
I pſa leui grauidos tetigit fecunda labores:
F elix o ſi longa dies:ſi cernere uultus
N atorum:uiridiſque genas tibi iuſta dediſſent
S tamina:ſed media cecidere abrupta iuuenta
G audia:florenteſque manu ſcidit atropos annos:
Q ualia pallentes declinant lilia culmos
R ubenteſque roſæ primos moriuntur ad auſtros:
A ut ubi uerna nouis expirat purpura pratis:
I lla ſagittiferi circum uolitaſtis amores
F unera maternoſque rogos unxiſtis amomo
N ec modus aut pennis laceris:aut crinibus ignem.
S pargere:collectæq; pyram ſtruxere pharetræ
Q uas tunc inferias aut quæ lamenta dediſſes
M aternis etruſce rogis:qui funera patris
H aud matura putas:atque hos prius ingemis annos
I lle & qui nutu ſuperas nunc temperat arces
P rogeniem claram terris partitus & aſtris
L ætus idumei donauit honore triumphi:
D ignatuſque loco uictricis:& ordine pompæ:
N on uetuit:tenueſq; nihil minuere parentes
A tque idem in cuneos populos cum duxit equeſtres
M utauitq; genus:læuæque ignobile ferrum
E xiuit:& celſo natorum:æquauit honore:
D extra bis octonis fluxerunt ſæcula luſtris:
A tque æui ſine nube tenor:q̃ diues in uſus
N atorum totoq; uolens excedere cenſu
T eſtis adhuc largi nitor inde aſſuetus etruſci:
C ui tua non humilis dedit indulgentia mores:
H unc ſi quidem amplexu ſemper reuocante tenebas
B landus & imperio nunq̃ pater huius honori
P ronior:ipſe etiam gaudebat cedere frater
Q uas tibi deuoti iuuenes pro patre renato
S umme ducum grates aut quæ pia uota rependunt
T u ſeu tarda ſitu rebuſque exhauſta ſenectus
E rrauit:ſeu blada diu fortuna regreſſum

Maluit:attonitũ & uenturi fulminis ictus
Horrentem:tonitru tantum lenique procella
Contentus monuiſſe ſenem:cunque horrida ſupra
Aequora curarum ſocius:procul itala rura
Linqueret:hic molles campani littoris oras:
Et diomedeas concedere iuſſus in arces
Atque hoſpes non exul erat:nec plura moratur
Romuleũ referas iterum germanice limen:
Mœrentemque foues inclinatoſque penates
Erigis:haud mirum ductor placidiſſime quando
Hæc eſt quæ uictis parcentia fœdera cattis
Quæque ſuum daccis donat clementia montem:
Quæ modo marcomanos:poſt horrida bella:uagoſq;
Sauromatas:latio non eſt dignata triumpho:
Iamque in fine dies:& inexorabile penſum
Deficit:hic mœſti pietas me poſcit etruſci:
Qualia nec ſiculæ moderantur carmina rupes:
Nec fati iam certus olor ſæuique marita
Thereos:heu quantis laſſantem brachia uidi
Planctibus:& prono fuſum ſuper oſcula uultu
Vix famuli comiteſque tenent:uix arduus ignis
Sũmouet:haud aliter gemuit periuria theſeus
Littora qui falſis deceperat ægea uelis:
Tunc immane gemens:fœdatuſque ora tepentes
Affatur cineres:cui nos fidiſſime linquis
Fortuna redeunte pater:modo numina magni
Præſidis:atque breues ſuperũ placauimus iras
Nec frueris:tantique orbatus muneris uſu
Ad manes ingrate fugis:nec flectere parcas
Aut placare malæ datur aſpera numina lethes:
Felix cui magna patrem ceruice uehenti
Sacra myceneæ patuit reuerentia flammæ:
Quique tener ſæuis genitorem ſcipio pœnis
Abſtulit & lydi pietas temeraria lauſi
Ergo & theſalici coniunx penſare mariti
Funus:& immitem potuit phryga uincere ſupplex
Thracius:ah quanto melius pro patre liceret.
Non totus rapiere tamen:nec funera mittam
Longius:hic manes:hic intra tecta tenebo:
Tu cuſtos dominuſque laris tibi cuncta tuorum
Parebunt:ego rite minor ſemperque ſecundus
Aſſidue libabo dapes:& pocula ſacris
Manibus:effigieſque colam:te dulcia ſaxa
Te ſimilem doctæ referet mihi lintea ceræ
Nunc ebur & fuluum uultus imitabitur aurum

nde uiam morum:longæque examina uitæ
Affatuſque pios monituraq; ſomnia poſcam
Talia dicentem genitor dulcedine læta
Audit:& immites lente deſcendit ad umbras
Verbaque dilectæ fert narraturus etruſcæ:
Salue ſupremum genitor mitiſſime patrum
Supremũq; uale:qui nunquã ſoſpite nato
Triſte chaos mœſtiſq; ſitus patiare ſepulchri
Semper odoratis ſpirabunt floribus aræ:
Semper & aſſyrios felix bibet urna liquores:
Et lachrymas:qui maior honos:hic ſacra litabit
Manibus:atq; tua tumulum tellure leuabit:
Noſtra quoque exemplo meritis tibi carmina ſancis
Hoc etiã gaudens cinerem donaſſe ſepulchro

COMA EARINI.

Ite comæ facilemq; precor tranſcurrite pontum
Ite coronato recubãtes molliter auro:
Ite dabit curſus mitis cytherea ſecundos
Placabitq; notos:fors & de puppe timenda
Tranſferet inque ſua ducet ſuper æquora concha:
Accipe laudatos iuuenis phœbeie crines
Quos tibi cæſareus donat puer:accipe lætus
Intonſoq; oſtende patri:ſine dulce nitentes
Comparet: atque diu fratris putet eſſe lyei
Forſan & ipſe comæ nunquam labentis honorem
Proferet atque alio cluſum tibi ponet in auro
Pergame pinifera multum felicior ida
Illa licet ſacræ placeat tibi nube rapinæ
Nempe dedit ſuperis illum quẽ turbida ſemper
Iuno dedit refugitq; manum:nectarq; recuſat
At tu grata deis pulchroque inſignis alumno
Miſiſti latio placida quem fonte miniſtrum
Iuppiter auſonius pariter:romanaq; iuno
Aſpiciunt:& uterque probant:nec tanta potenti
Terrarum domino diuum ſine mente uoluptas.
Dicitur idalios erycis de uertice luces
Dum petit:& molles agitat uenus aurea cycnos:
Pergameas intraſſe domos:ubi maximus ægris
Auxiliator adeſt:& feſtinantia ſiſtens
Fata ſalutifero mitis deus incubat angui:
Hic puerum egregiæ præclarum ſydere formæ
Ipſius ante dei ludentem conſpicit aram
Ac primum ſubita pualum decepta figura
Natorum de plebe putat:ſed non erat illi
Arcus & ex humeris nullæ fulgentibus umbræ

M iratur puerile decus:uultumque comaſq;
A ſpiciens:tu ne auſonias ait ibis ad arces
N eglectus ueneri tu ſordida tecta iugumq;
S eruitii uulgare feres:procul abſit ego iſti
Q uē meruit formæ dominū dabo:uade age mecū
V ade puer ducam uolucri per ſydera curru
D onū immane duci:nec te plebeia manebūt
I ura:palatino famulus deberis amori:
N il ego nil fateor toto iam dulce ſub orbe
A ut uidi aut genui:cedat tibi latmius ultro
S angariuſque puer quemq; irrita fontis imago
E t ſterilis conſumpſit amor:te cerula nais
M allet:& aprehenſa traxiſſet fortius urna:
T u puer ante omnes ſolus formoſior ille
C ui daberis:ſic orſa leues ſecū ipſa per auras
T ol'it olorinaq; iubet conſedere biga:
N ec mora:iam latii montes:ueteresque penates
E uandri:quos molle noua pater inclitus urbis
E xcolit:& ſummis æquat germanicus aſtris.
T unc propior iam cura deæ quæ forma capillis
O ptima:quæ ueſtis roſeos accendere uultus
A pta quod in digitis collo quid pignius aurum
N orat celeſtis oculos ducis:ipſaque thedas
I unxerat:& plena dederat connubia dextra
S ic ornat crines:tyrios ſic fundit amictus
D at radios ignemque ſuum ceſſere priores
D elitiæ:famulumque greges:hic pocula magno
P rima duc :myrrhaſque puer chriſtalaque portat
C andidiore manu creſcit noua gratia baccho
C are puer ſuperis qui prælibare uerendū
N ectar:& ingentem totiens contingere dextram
E lectus:quā noſce getæ quam tangere perſæ
G rmeniiq; indique petunt o ſydere dextro
E dite:multa tibi diuū indulgentia fauit
O lim etiam ne prima genas lanugo nitentes
C arperet:& pulchræ fuſcaret gratia formæ
I pſe deus patriæ celſam trans æquora liquit
P ergamon:haud ulli puerum mollire poteſtas
C redita:ſed tacita iuuenis phœbeius arte
L eniter:haud ullo concuſſum uulnere torpens
D e ſexu tranſire iubet:tamen anxia curis
M ordetur:puerique timet cytherea dolores
N ondum pulchra ducis clementia cœperat ortu
I ntactos ſeruare mares:nunc frangere ſerū
A tque hominem mutare nefas gauiſaque ſolos

Q uos genuit natura uidet:nec lege ſiniſtra
F erre timent famulæ natorum pondera matres:
T u quoq; nunc iuuenis genitus ſi tardius eſſes
V mbratuſq; genas:& adultos fortior artus
N on unum gaudens phoebea ad limina munus
M iſiſſes:patrias nunc uertex ſolus ad aras
N auiget:hunc multo paphiæ ſaturabat amomo
H unc noua tergemina repetebat hratia dextra:
H uic & purpurei cedat coma ſaucia niſi
E t quam ſperchio tumidus ſeruabat achilles
I pſi cum primum niueam præcerpere frontem
D ecretum eſt humeroſq; manu nudare nitentes
A ccurrunt teneri paphia cum matre uolucres
E xpediuntq; comas:& ſerica pectore ponunt
P allia:tunc iunctis crinem incidere ſagittis
A tq; auro gemiſq; locant rapit ipſa cadentes
M ater:& archanos iterat cytherea liquores
T unc puer e turba manibus qui forte ſupinis
N obile gemmato ſpeculum portauerat auro.
H oc quoque demus ait:patriis nec gratius ullum
M unus erit templis:ipſoque potentius auro
T u modo fige aciem:& uultus huc uſque relinque
S ic ait:& ſpeculum recluſit imagine rapta
A t puer egregius tendens ad ſydera palmas
H is mihi pro donis hominum mitiſſime cuſtos
(Si merui) longa dominum renouare iuuenta
A tq; orbi ſeruare uelis:hoc ſydera mecum
H oc undæ terræque rogant:eat oro per annos
I liacos:piliofque ſimul:proprioſq; penatis
G audeat:& ſecum tarpeia ſeneſcere templa
S ic ait:& motas miratur pergamos aras

AD Claudiam uxorem.

QVid mihi moeſta die:ſociis quid noctibus uxor
Anxia peruigili ducis ſuſpiria cura?
N on metuo nec læſa fides:aut pectore in iſto
A lter amor nullis in te datur ire ſagittis
(Audiat in feſto licet hæc rhamnuſia uultu)
N on datur & ſi egomet patrio de littore raptus
Q uattuor emeritis per bella p æquora luſtris
E rrarem tu mille procos intacta fugares
N on interſectas comenta retexere telas
S ed ſine fraude palam:thalamoſque armata negaſſes
D ic tamen unde alta mihi fronte & nubila uultus
A nne quod euboicos feſſus remeare penatis
A uguror:& patria ſenium componere terra

cur hoc

C ur hoc triſte tibi certe laſciuia cordi
N ulla:nec aut rapidi mulcent te prælia circi
A ut intrat ſenſus clamoſi turba theatri
S ed probitas & opaca quies:& ſordida nunquam
G audia:quas autem comitem te rapto per undas
Q uãquam & ſi gelidas irem manſurus ad arctos
V el ſuper heſperiæ uada caligantia thyles
A ut ſeptem gemini caput haud penetrabile nili
H ortarere uias:eſt mens tua nempe benigna
Q uam mihi ſorte uenus iunctam florentibus annis
S eruat:& in ſenium tua quæ me uulnere primo
I ntactum thalamis:& adhuc iuuenile uagantẽ
F ixiſti tua frena libens:dociliſque recepi.
E t ſemel incertas non mutaturus habenas
V ſq; premo ter me nitidis albana ferentem
D ono comis:ſanctoq; indutum cæſaris auro
V iſceribus complexa tuis:ſertiſque dediſti
O ſcula anhela meis:tu cum capitolia noſtræ
I nficiata lyræ:ſæuum ingratumq; dolebas
M ecum uicta iouem:tu procurrentia primis
C armina noſtra ſonis:totaſque in murmure noctes
A ure rapis uigili:longi tu ſola laboris
C onſcia:cumque tuis creuit mea thebais annis
Q ualem te nuper ſtigias modo raptus ad undas
C um iam letheos audirem cominus amnes
A ſpexi:tenuique oculos iam morte cadentes
S cilicet exhauſti lacheſis mihi tempora fati
T e tantum miſerata dedit:ſuperique potentes
I nuidiam timuere tuam:poſt iſta propinquum
N unc iter:optatoſque ſinus comes ire moraris.
H eu ubi nota fides:totque explorata per uſus
Q ua ueteres latias:graiaſque heroidas æquas
I ſſet ad iliacas:(quid enim deterret amantes?)
P enelope gauiſa domos:ſi paſſus ulyſſes
Q ueſta eſt egiale:queſta eſt meliboea relinqui.
E t quã q̃ſæui fecerunt menada planctus
N ec minor his tu noſce fidem:firmamq; maritis
R eddere:ſic certe cineres umbramque priorem
Q ueris adhuc:ſic exequias amplexa canori
C oniugis:ingentis iteraſti pectore planctus
I am mea nec pietas alia eſt tibi:curaque natæ
S ic & mater amas:ſic nunquam corde recedit
N ata tuo:fixamque animi penetralibus imis
N octe:dieque tenes:non ſic tarchinia nidos
A lcynoe uernos:non ſic philomella penatis

C ircuit amplectens animamq; in pignora transfert
H eu nunc illa terit uiduo quod ſola cubili
O cia: iam pulchræ terit infecunda iuuentæ
S ed uenient: plenis uenient connubia tedis
S ic certe formæq; bonis animiq; meretur
S iue chelin complexa petit: ſeu uoce paterna
D iſcendum muſis ſonat: & mea carmina flectit
G randia ſeu molli diducit brachia motu
I ngenium probitas: artemq; modeſtia uincit.
N on ne leues pueros non te cytherea pudebat
H oc ceſſare decus: nec tantum roma iugales
C onciliare thoros: feſtaſque accendere tedas
F ertilis: & noſtra generi tellure dabuntur
N on adeo ueſuinus apex & flammea diri
M ontis hyems trepidas exhauſit ciuibus urbes
S tant populiſque uigent: hic auſpice condita phœbo
T ecta: dicharchei portus & littora mundi
H oſpita at hic magnæ tractus imitantia romæ
Q uæ capis aduectis impleuit mœnia teucris
N oſtra quoque & propriis tenuis nec rara colonis
P arthenope: cui mitte ſolum trans æquora uectæ
I pſe dioneæ monſtrauit apollo columbæ
H as ego te ſedes: nam nec mihi barbara thrace
N ec libye natale ſolum: traſferre laboro
Q uas & mollis hyems: & frigida temperat æſtas
Q uas imbelle fretum torpentibus alluit undis
P ax ſecura locis & deſidis ocia uitæ
E t nuq̃ turbata quies: ſomnique parati
N ulla foro rabies aut ſcita lycugia leges
M orum iura uiris: ſolum & ſine faſcibus æquum
Q uid nunc magnificas ſpecies: cultuſque locorum.
T emplaque & innumeris ſpacia interſtincta columnis
E t geminam molem nudi tectiq; theatri
E t capitolinis quinquennia proxima luſtris
Q uid laudem littus: libertatemq; menandri
Q uam romanus honos: & grata licentia miſcet
N ec deſunt uariæ circum obletamina uitæ
S iue uaporiferas blandiſſima littora baias
E nthea fatidicæ ſeu uiſere tecta ſibyllæ
D ulce ſit iliacoque iugum memorabile remo
S eu tibi bacchei uineta madentia gauri:
T heleboumq; domos: trepidis ubi dulcia nautis
L umina noctiuagæ tollit pharus æmula lunæ
C araque non molli iuga ſurrentina lyæo
Q uæ meus ante alios habitator pollius auget:

ænariæq;

A enariæque lacus medicos: ſtatinaſque renatas
M ille tibi noſtræ referam telluris amores.
S ed ſatis hæc coniunx: ſatis eſt dixiſſe creauit
M e tibi me ſocium longos aſtrinxit in annos
N on ne hæc amborum genitrix altrixque uideri
D igna ſed ingratus qui plura adnecto: tuiſque
M oribus indubito uenies gratiſſima coniunx
P eruenieſque etiam ſine me tibi ductor aquarum
T ybris: & armiferi ſordebunt tecta quirini.

P. PAPINII STATII SYLVARVM LIBER .IIII. AD MARCELLVM

INueni librũ Marcelle: cariſſime quem pietati tuæ dedicarẽ. Reor quidẽ aliter q̃ inuocato numine maximi imperatoris nullum opuſculũ inueniri cœpiſſe: ſed hic liber tres habet. Sequitur quarta quæ ad honorẽ tuũ pertinet: primo autẽ ſeptimũ decimũ germanici noſtri conſulatũ adoraui. Secundo gratias egi ſacratiſſimis eius epulis honoratus. Tertio uiã domitianã miratus ſũ: qua grauiſſimã harenaꝝ mollẽ exemit: cuius beneficio tu quoq; maturius epiſtolã meam accipies: quã tibi in hoc libro a Neapoli ſcribo. proximũ eſt lyricũ carmen ad ſeptimiũ ſeuerũ iuuenẽ uti ſcis inter ornatiſſimos ſecũdi ordinis. tuũ quidẽ etiã cõdiſcipulũ: ſed mihi contra hoc quoq; ius arctiſſime carũ. Iã Vindicis noſtri Herculẽ epitrapezion. Secũdũ honorẽ quem de me & ipſis ſtudiis meretur. Imputare etiã tibi poſſũ maximũ iunium & dignitatis & eloquẽtiæ noĩe a nobis diligi: ſatis eram teſtatus epiſtola quã ad illũ de editione meæ thebaides publicaui. Sed nũc quoq; eũ reuerti maturius e dalmatia rogo. Iũcta ẽ egloga ad municipẽ meũ iuliũ menecratẽ ſplẽdidũ iuuenẽ & pollii mei generũ cui gratulor qđ neapoli noſtrã nũero liberoꝝ honeſtauerit: Plocio grippo maioris gradus iuueni dignius opuſculũ reddã: ſed interim ẽdecaſyllabos quos ſaturnalibus una riſimus huic uolumini ĩſerui. Quare ego plura ĩq̄rto ſyluaꝝ q̃ ĩ prioribus ne ſe putẽt aliqđ egiſſe q reꝑhẽderũt (ut audio) qđ hoc ſtili genus edidiſſem primũ ſuperuacuũ ẽ diſſuadere rẽ factã: deĩde multa ex illis iã domio cæſari dederã: & q̃nto hoc plus ẽ q̃ edere: exercere autẽ iocos nõ licet ſic ſecreto ĩquit: ſed & ſperomachias ſpectamus & pilaris luſio admittitur: nouiſſĩe qſqs ex meis inuitus aliqđ legit ſtatĩ ſe ꝓfiteatur aduerſũ ita q̃re? conſilio eius accedã: ĩ ſũma nẽpe ego ſũ q traducor. taceat & gaudeat. hũc tamen librũ tu marcelle defẽdes & ſi uidetur hactenus. ſin minus reꝑhẽdemur.

Germanici Conſulatus.

LAeta bis octonis accedit purpura faſtis
Cæſaris:inſignemq; aperit germanicus annũ
Atque oritur cum ſole nouo cum grandibus aſtris
Clarius ipſe nitens:& primo maior eoo
Exultent leges latiæ gaudete curules
Et ſeptem gemino iactantior ethera pulſet
Roma iugo:pluſque ante alias euandrius arces
Collis ouet:ſubiere noui palatia faſces
Et requiem bis ſextus honos precibuſque receptis
Curia cæſareũ gaudet uiciſſe pudorem
Ipſe etiam immenſi reparator maximus æui
Attollit uultus:& utroque a limine grates
Ianus ait:quẽ tu uicina pace ligatũ
Omnia iuſſiſti componere bella:nouique
In leges iurare fori:leuat ecce ſupinas
Hic atque inde manus:geminaq; hæc uoce profatur
Salue magne parens mũdi qui ſæcula mecum
Inſtaurare paras:talem te cernere ſemper
Menſe nouo tua roma cupit ſic tempora naſci
Sic annos intrare decet:da gaudia faſtis
Continua:hos humeros multos ſinus ambiat oſtro
Et properata tuæ manibus pretexta mineruæ.
Apicis ut templis alius nitor altior aris
Ignis:& ipſa meæ tepeant mihi ſydera brumæ
Moribus atque tuis gaudent turmæq; tribuſque
Purpureiq; patres:lucemque a conſule ducit
Omnis honos:quid tale precor prior annus habebat
Dic age roma potens:& mecũ longa uetuſtas
Dinumera faſces:nec parua exempla recenſe
Sed quæ ſola meus dignetur uincere cæſar
Ter latio:decieſque tulit labentibus annis
Auguſtus faſces:ſed cœpit ſero merei
Tu iuuenis prægreſſus auos:& quanta recuſas
Quãta uetas:flectere tamen:precibuſque ſenatus
permittes hãc ſæpe diem:manet inſuper ordo
Longior:& totidẽ felix tibi roma curules.
Terq; quaterque dabit:mecum altera ſecula condes
Et tibi longæui reuocabitur ara parentis.
Mille trophea feres:tantum permitte triumphos
Reſtant bactra nouis:reſtat babilona tributis
Frenari:nondum gremio iouis indica laurus
Nondũ arabes ſereſque rogant:nondũ omnis honorẽ
Annus habet:cupiũtque decem tua nõia menſes
Sic ianus:clauſoque libens ſe poſte recepit

tunc

T unc omnes patuere fores:lætoque dederunt
S igna polo: longamq; tibi rex magne iuuentam
A nnuit:atque ſuos promiſit iuppiter annos.

Gratias agit domitiano epulis eius honoratus.

R Egia ſidoniæ conuiuia laudat eliſæ
Qui magnũ æneam laurentibus intulit aruis
A lcinoique dapes manſuro carmine monſtrat
A equore qui lento reducem conſũpſit ulyſſem.
A ſt ego cui ſacræ cæſar noua gaudia cœnæ
N unc primũ dominaque dedit conſurgere menſa
Q ua celebrem mea uota lyra?quas ſoluere grates
S ufficiam?non ſi pariter mihi uertice læto
N ectat adoratas:& ſmyrna & mantua laurus:
D igna loquor:mediis uideor diſcũbere in aſtris
C ũ ioue:& iliaca porrectũ ſumere dextra
I mmortale merũ ſteriles tranſmiſſimus annos
H æc æui mihi prima dies:hic limina uitæ
T e ne ego regnator terrarũ orbiſque ſubacti
M agne parens:& te ſpes & te cura deorum
C erno iacens:datur hæc iuxta datur ora tueri
V ina inter menſaſque:& non aſſurgere fas eſt
T ectũ auguſtũ ingens non centũ inſigne colũnis
S ed quãtæ ſuperos:cælũque athlante remiſſo
S uſtentare queant:ſuper hoc uicina tonantis
R egia:teque pari lætantur ſede locatum
N umia:nec magnũ properes excedere cælum
T anta patet molles effuſæque impetus aulæ
L iberior campi:multũque amplexus operti
A ethereos:tantũ domino mĩor:ille penatis
I mplet:& ingenti genio iuuat:emulus illic
M ons lybis:iliacuſque nitet:& multa ſiene
E t chios:& glauca certantia doride ſaxa
L unaque portandis tantũ ſuffecta colũnis
L onga ſuper ſpecies:feſſis uix culmina prendas
V iſibus:auratique putes laquearia cæli.
H ic cũ romuleos proceres:trabeataque cæſar
A gmina mille ſimul iuſſit diſcũbere menſis.
I pſa ſinus accincta ceres:bacchuſque laborant
S ufficere:ætherei felix ſic orbita fluxit
T riptolemi:ſic uitifero ſub palmite nudos
V mbrauit colles:& ſobria rura lyeus
S ed mihi non epulas:indiſque innixa colũmnis
R obora maurorũ famulaſque ex ordine turmas.
I pſũ ipſũ cupido tantũ ſpectare uacauit

T ranquillum uultu:ſed maieſtate ſerena
M ulcentem radios.ſummittentemq; modeſte
F ortunæ uexilla ſuæ:tamen ore nitebat
D iſſimulatus honos:talem quoque barbarus hoſtis
P oſſet & ignotæ conſpectum agnoſcere gentes.
N on aliter gelida rhodopes in ualle recumbit
D imiſſis gradiuus equis:ſic lubrica ponit
M embra teramnea reſolutus gymnade pollux.
S ic iacet ad gangen indis ululantibus euhan
S ic grauis alcides poſt horrida iuſſa reuerſus
G audebat ſtrato latus aclinare leoni
(Parua loquor:nec dum æquo tuos germanice uultus)
T alis ubi oceani finem menſaſq; reuiſit
A ethiopum ſacro diffuſus nectare uultus
D ux ſuperum ſecreta iubet dare carmina menſis
E t palleneos phœbum laudare triumphos
D ii tibi(nanque animas ſæpe exaudire minores
D icuntur)patriæ bis terque exire ſenectæ
A nnuerint fines rata numina miſeris aſtris
T emplaq; des:habiteſque domos ſæpe annua pandas
L imina ſæpe nouo ianum littore ſalutes
S æpe coronatit iteres quinquennia luſtris
Q ua mihi felices epulas menſæque dediſti
S acra tuæ talis longo poſt tempore uenit
L ux mihi romanæ qualis ſub collibus albæ
C um modo germanas acies modo daca ſonantem
P rælia palladio tua me manus induit auro.

VIA. DOMITIANA.

QVis duri ſil cis grauiſque ferri
Immanis ſonus æquoris propinquum
S axoſe latus aplæ repleuit:
C erte non libyce ſonant caterue
N ec dux aduena peierante bello.
C ampanos quatit inquietus agros.
N ec frangit uada montibuſque cæſis
I nducit nero ſordidas paludes:
S ed qui limina bellicoſa iani
I uſtis legibus & foro coronat.
Q uis caſtæ cæteri diu negata
R eddit iugera:ſobriaſque terras.
Q uis fortem uetat interire ſexum
E t cenſor prohibet mares adultos
P ulchræ ſupplicium timere formæ
Q ui reddit capitolio tonantem
E t pacem propria domo reponit

Qui genti patriæ futura ſemper
Sancit limina:flauiumque caluum
Corno hic populeo uias grauatas
Et campis iter omne detinentes
Longos eximit ambitus:nouoque
Iniectu ſolidat graues harenas
Gaudens euboicæ domum ſibyllæ
Gauranoſque ſinus:& æſtuantes
Septem montibus admouere baias.
Hic quondam piger axe uectus uno
Nutabat cruce pendula uiator:
Sorbebatque rotas maligna tellus
Et plebs in mediis latina campis
Horrebat mala nauigationis
Nec curſus agiles:ſed impeditum
Tardabant iter orbitæ tacentes
Dum pondus nimium querens ſub alta
Repit languida quadrupes ſtatera
At nunc quæ ſolidũ diem terebat
Horarum uia facta uix duarum
Non tenſæ uolucrum per aſtra pennæ
Nec uelocius ibitis carinæ
Hic primus labor inchoare ſulcos
Et reſcindere limites:& alto
Egeſtu pœnitus cauare terras
Mox hauſtas aliter replere foſſas:
Et ſummo gremium parare dorſo:
Ne nutent ſola:maligna ſedes
Et preſſis dubium cubile ſaxis.
Tunc umbonibus hinc & hinc coactis
Et crebris iter alligare gomphis
O quantæ pariter manus laborant
Hii cedunt nemus·exuuntque montes
Hii ferro ſcopulos trabeſque leuant
Illi ſaxa ligant opuſque texunt.
Cocto puluere ſordidoque topho
Hii ſiccant bibulas manu lacunas:
Et longe fluuios agunt minores
Hæ poſſent & athon cauare dextræ
Et mœſtum pellagus gementis helles
Intercludere ponte non natanti
His paruus (niſi lechiæ uetarent)
Inous freta miſcuiſſet iſthmos.
Feruent littora nobileſque ſyluæ
It longus medias fragor per urbes.

A tque echo ſimul hinc & inde fractam
G auro maſſicus uuifer remittit.
M iratur ſonitum quieta cyme
E t linterna palus: pigerque ſauo
E t flauum caput humidumq; late
C rinem mollibus impeditus ulmis
V lturnus leuat ora: maximoque
P ontis cæſarei recliuis arcu
P andis talia faucibus redundat.
C amporum bone conditor meorum
Q uis me uallis auiibus refuſum
I n ripis habitare neſcientem
R ecti legibus aluei ligaſti.
E t nunc ille ego turbidus: minaxq;
V ix paſſus dubias prius carinas
I am pontem fero: peruiuſque caltor
Q ui terras rapere: & rotare ſyluas
A ſſueram pudet amnis eſſe cœpi
S ed grates ago: ſtrictus tanti eſt:
Q uod ſub te duce iam iubente ceſſi
Q uod tu maximus arbiter: meeque
V ictor perpetuus legere ripæ
E t nunc limite me colis beato
N ec ſordere ſinis: malumque late
D e terges ſterilis ſoli putorem
N e me puluereum: grauemque coeno
T yrrheni ſinus obruat profundi
Q ualis cyniphius tacente ripa
P oenos bagrada ſerpit inter agros:
S ed talis ferar: ut nitente curſu
T ranquillum mare proximumq; poſſim
P uro gurgite prouocare lirim
H æc amnis pariterq; ſe leuarat
I ngenti plaga marmorata dorſo
H uius ianua proſperumque limen
A rcus belligeri ducis tropheis
E t totis ligurum nitens metallis.
Q uantus nubila qui coronat hymbri
I llic flectitur excitus uiator
I llic appia ſe dolet relinqui
T unc uelocior acriorque curſus
T unc ipſos iuuat impetus iugales.
C eu feſſis ubi remigum lacertis
P rima carbaſa uentilantur aura
E rgo omnes age: quæ ſub axe primo

R omani colitis fidem parentis.
P rono limite commeate gentes
E oæ citius uenite laurus
N il obſtat cupidis:nihil moratur
Q ui primo tyberim reliquit ortu
P rimo ueſpere nauigat lucrinum
S ed quam fine uiæ recentis imo
Q ua monſtrat:ueteres apollo cumas:
A lbam crinibus infuliſque cerno'
V iſu fallimur:an ſacris ab antris
P rofert chalchydicas ſybilla laurus
C edamus cheli iam repone cantus
V ates ſanctior incipit tacendum eſt.
E n & colla rotat nouiſque late
B acchatur ſpaciis uiamque replet
T unc ſic uirgineo profatur ore.
D icebam ueniet manete campi
A tque amnis ueniet fauente cælo
Q uis fœdum nemus & putres harenas
C elſis pontibus & uia leuabit
E n hic eſt deus hunc iubet beatis
P ro ſe iuppiter imperare terris
Q uo non:dignior has ſubit habenas
E x quo me duce præſcios auerni
A eneas auide futura querens
L ucos:& penetrauit:& reliquit.
H ic paci bonus:hic timendus armis
N atura melior potentiorque
H ic ſi flammiferos teneret axes
L argis india nubibus maderet
V ndaret lybiæ teperet hemus
S alue dux hominum & parens deorum
P rouiſum mihi cognitumque numen
N ec iam putribus euoluta chartis
S olenni prece quindecim uirorum
P erluſtra mea dicta:ſed canentem
I pſam quominus ut mereris audi
V idi quam ſeriem merentis æui
P roneſtant tibi candidæ ſorores
M agnus te manet ordo ſæculorum
N atis longior abnepotibuſque
A nnos perpetua geres iuuenta.
Q uos fertur placidos odiſſe neſtor
Q uos titonia computat ſenectus.
E t quantos ego delium popoſci

I urauit tibi: nam niualis arctos
N unc magnos oriens dabit triumphos
I bis qua uagus hercules & euhan
V ltra ſydera flammeũque ſolem
E t nili caput & niues athlantis
E t laudum cumulo beatus omni
S candes belliger: obuiuſque currus
D onec troicus ignis & renatæ
T arpeius pater intonabit aulæ
H æc donec uia te regente terras
A nnoſa magis appia ſeneſcat:

AD Marcellum.

C Vrre per euboicos non: ſegnis epiſtola campos
Hac ingreſſa uias: qua nobilis appia creſcit
I n latus: & molles ſolidus premit ager arenas.
A tque ubi romuleas uelox penetraueris arces
C ontinuo dextras flaui pete tybridis oras
L ydia qua pœnitus ſtagnũ nauale ꝯhoercet
R ipa: ſuburbaniſque uadũ prætexitur hortis
I llic egregium formaq; animiſque uidebis
M arcellum: & celſo præſignem uertice noſces
C ui primam ſolito uulgi de more ſalutem
M ox incluſa modis hæc reddere uerba memento
I am terras: uolucremq; polum fuga ueris aquoſi
L axat: & icariis cælum latratibus urit
A rdua iam denſæ rareſcũt mœnia romæ.
H os præneſte ſacrum nemus hos glaciale dianæ
A lgidus aut horrens aut tuſcula protegit umbra:
T iburis hi lucos: anienaque frigora captant
T e quoque clamoſæ quæ nam plaga mitior urbi
S ubtrahit: æſtiuos quo decipis aere ſoles?
Q uid tuus ante omnis tua cura potiſſima gallus
N ec non noſter amor: dubiũ morũ ne probandus
I ngenii ue bonis latiis æſtiuat in oris
A nne metalliferæ reperit iam mœnia lunæ
T yrrhenaſq; domos: quod ſi tibi proximus hæret
N on ego nunc ueſtro procul a ſermone recedo:
(Certum eſt) inde ſonus geminas mihi circuit aures
S ed tu dum nimio poſſeſſo hyperione flagrat
T orua cleonei iuba ſyderis: exue curis
P ectus: & aſſiduo temet furare labori
E t ſontes aperit pharetras arcumq; retendit
P arthus: & eleis auriga laboribus actos
A lpheo permulcet equos: & noſtra fatiſcit
L axaturque chelis uires inſtigat alitque

tẽpeſtiua

T tmpeſtiua quies:maior poſt otia uirtus
T alis cantata briſeide uenit achilles
A crior:& poſitis erupit in æquora plectris.
T e quoque flammabit tacite repitita parũper
D eſidia:& ſolidos nouus exultabis in actus
C erte iam latiæ non miſcent iurgia leges:
E t pacē piger annus habet:meſſeſque reuerſæ
D imiſere forũ:nec iam tibi turba reorum
V eſtibulo querulique rogant exire clientes
C eſſat centeni moderatrix iudicis haſta
Q ua tibi ſublimi iam nũc celeberrima fama
E miuet:& iuuenis facundia præterit annos.
F elix curarũ cui non heliconia cordi
S erta:nec imbelles parnaſi uertice laurus.
S ed uiget ingeniũ:& magnos accinctus in uſus
F ert animus quaſcũque uices:nos otia uitæ
S olamur cantu:uentoſaque gaudia famæ
Q ærimus:en egomet ſomno geniale ſecutus
L ittus:ubi auſonio ſe condidit hoſpita portu
P arthenope tenues ignauo pollice cordas
P ulſo:maroneique ſedens in margine templi
S ummo animũ:& magni tumulis accanto magiſtri
A t tu ſi longi curſũ dabit atropos æui
(Detque precor:latiique ducis ſic numina pergant
Q uē tibi poſt habito ſtudiũ eſt coluiſſe tonante
Q uiq; tuos alio ſubtexit munere faſces
E t ſpacia antiquæ mandat renouare latinæ)
F orſitan auſonias ibis frenare cohortes
A ut rheni populos:aut nigræ littora thyles
A ut iſtrũ ſeruare latus:metuendaque portæ
L imina caſpiacæ:nec enī tibi ſola potētis
E loquii uirtus:ſũt membra accomoda bellis
Q uiq; grauē tardæ ſubeant thoraca lacerti
S eu campo pedes ire paras:eſt agmina ſupra
N utaturus apex:ſeu frena ſonantia flectes
S eruiet aſper equus nos facta aliena canendo
V ergimur in ſeniũ:propriis tu pulcher in armis
I pſa canenda geres:patriæq; exempla parabis
M agna gente es dignus:quē iam nũc belliger actus
N oſcit auus:præſtatq; domi nouiſſe triumphos
S urge agedũ:iuuenēque puer deprehende parentē
S temmate materno felix uirtute paterna.
I am te blanda ſinu tyrio ſibi gloria felix
E ducat:& cunctas gaudet ſpondere curules.
H æc ego chalchidicis ad te marcelle ſonabam

Littoribus fractas ubi ueſbius erigit iras
Aemula trinacriis uoluens incendia flammis
(Mira fides) credet ne uirm uentura propago
Cum ſegetes iterum cum iam hæc deſerta uirebunt
Infra urbes populoſque premi: proauitaque toto
Rura abiiſſe mari: nec dum lætale minari
Ceſſat apex procul iſta tuis tiphata trate.
Nec marrucines agat hæc inſania montes
Nunc ſi forte meis quæ ſint exordia muſis
Scire petis: iam ſidonios emenſa labores
Thebais optato collegit carbaſa portu
Parnaſique iugis ſyluaque heliconide feſtis
Thura dedit flammis & uirginis exta iuuencæ.
Pomiferaque meas ſuſpendit ab arbore uittas
Nunc uacuos crines alio ſubit infula nexu
Troia quidem magnuſq; mihi cantatur achilles
Sed uocat arcitenens alio pater: armaque monſtrat
Auſonii maiora ducis: trahit impetus illo
Iam pridem retrahitque timor: ſtabunt ne ſub illa
Mole humeri: an magno uincetur pondere ceruix.
Dic marcelle feram: fluctus aſſueta minores
Noſſe ratis non dum ioniis credenda periclis
Iamque uale & penitus noti tibi uatis amorem
Corde exire ueta: nec enim tyrinthius almæ
Pectus amicitiæ: cedit tibi gloria fidi
Theſeos & lacerum qui circa mœnia troiæ
Priamiden cæſo ſolatia traxit amico:

CARMEN lyricum ad Septimium Seuerum

Parui beatus ruris honoribus
Qua priſca teucros alba colit lares
Fortem atque facundum ſeuerum
Non ſolitis fidibus ſaluto.
Iam trux ad arctos parrhaſias hyems
Conceſſit altis obrupta ſolibus:
Iam pontus ac tellus renident
Iam zephirus aquilone fractus:
Nunc cuncta ueris frondibus annuis
Crinitur arbos: nunc uolucrum noui
Queſtus inexpertumque carmen
Quod tacita ſtatuere bruma:
Nos parca tellus peruigil & focus
Culmenque multo lumine ſordidum
Solatur exemptuſq; teſta
Qui modo feruerat lyeus
Non mille balant iapigeri greges

nec uacca

N ec uacca dulci mugit adultero
V nique ſi quando canenti
M utus ager domino reclamat
S ed terra primis poſt patriam mihi
D ilecta curis huic mea carmina
R egina bellorũ uirago
C æſareo perannauit auro
C um tu ſodalis dulce periculum
C onniſus omni pectore tolleres.
V t caſtor ad cunctos tremabat
B ebryciæ ſtrepitus harenæ.
T e ne in remotis ſyrtibus auia
L eptis creauit: iam feret indicas
M eſſes: odoratiſque rara
C ynnama præripiet ſabaeis
Q uis non in omni uertice romuli
R eptaſſe dulcem ſeptimiũ putet
Q uis fonte iuturne relictis
V beribus neget eſſe paſtum.
H æc mira uirtus protinus auſonum
P ortus uadoſæ neſciet aphricæ
L utras: adoptatuſque tuſcis
G urgitibus puer innataſti.
H ic paruus inter pignora curiæ
C ontentus raro lumine purpuræ
C reſcis: ſed uniu erſos labores
I ndole patritia ſecutus:
N on ſermo pœnus non habitus tibi.
E xterna non mens: italus italus
S unt turbæ romaniſque turmis
Q ui lybiam doceant alumni:
E ſt & frementi uox hilaris foro
V enale ſed non eloquium tibi.
E nſiſque uagina quieſcit
S tringere ni iubeant amici
S ed rura cordi ſæpius & quies
N unc in paternis ſedibus & ſolo
V eiente nunc frondoſa ſupra
H ernica nunc curibus uetuſtis
H ic plura ponis uocibus & modis
P aſſim ſolutis: ſed memor interim
N oſtri uerecundo latentẽ:
B arbiton ingeminas ſub antro.

Hercules Epitrapezios Vindicis.

Forte remittentem curas phœbo'que leuatũ
Pectora cũ patulis tererem uagus ocia' ſeptis.
Iam moriente die rapuit me cœna benigni
Vindicis: hæc imos animi perlapſa receſſus
Inconſumpta manet: neq; eni ludibria uentis
Hauſimus: aut epulas diuerſo e ſole petitas
Vinaq; perpetuis æuo certantia faſtis
Ah miſeri quos noſce iuuat quid phaſidis ales
Diſtet ab hyberna rodopes graue: quis magis anſer
Exta ferat: cur tuſcus aper generoſior umbro.
Lubrica qua recubent conchilia mollius alga
Nobis uerus amor: medioq; helicone petitus
Sermo: hilareſque ioci brumalem aſſumere noctem
Suaſerũt: mollemque oculis expellere ſomnũ
Donec ab helyſiis proſpexit ſedibus alter
Caſtor: & heſternas riſit ticenia menſas.
O bona nox iunctaque utinam tyrinthia luna
Nox & erythreis thetidis ſignanda lapillis
Et memoranda diu geniũque habitũque perennê
Mille ubi nũc ſpecies aeriſque eboriſque uetuſti.
Atque locuturas mentito corpore cæras:
Edidici: quis namque oculis certauerit uſquam
Vindicis artificũ ueteres cognoſcere ductus:
Et non inſcriptis auctorem reddere ſignis:
Hic tibi quæ docto multũ uigilata myroni
Aera: laboriferi iuuant quæ marmora cæli
Praxitelis: quod ebur piſeo pollice raſũ
Quod polycleteis iuſſũ eſt ſpirare caminis.
Linea quæ ueterem longe fateatur apellen:
Monſtrauit nãque hæc: quotiens chelin exuit ille.
Deſidia: hic aoniis amor auocat antris
Hæc inter caſtæ genius tutelaque menſæ
Amphitrioniades multo mea cœpit amore
Pectora: nec longo ſaciauit lumina uiſu
Tantus honos operi firmes incluſa per artus
Maieſtas: deus ille deus ſeſeque uidendũ
Indulſit liſype tibi: paruuſque uideri
Sentirique ingens: & cũ mirabilis intra
Stet menſura pedũ: tamen exclamare libebit
Si uiſus per membra feras: hoc pectore preſſus
Vaſtator nemees: hoc exitiale ferebant
Robur? & argoos fragebant brachia remos
An ſpacio tam magna breuĩ mendacia formæ
Quis modus in dextra quanta experientia docti
Artificis curis. pariter geſtamina menſæ

fingere

Fingere:& ingentes animo uerſare colloſſos:
Tale nec ideis quicquam telchines in antris
Nec ſtolidus brontes:nec qui polit arma deorũ
Lemnius exigua potuiſſet ludere maſſa
Nec torua effigies:epuliſque aliena remiſſis
Sed qualẽ parci domus admirata molorchi.
Aut eleæ lucis uidit tegea ſacerdos:
Qualis & oetheis emiſſus in aſtra fauillis
Nectar adhuc torua lætus iunone bibebat
Sic mitis uultus ueluti de pectore gaudens
Hortetur menſas:tenet hæc marcentia fratris
Pocula:adhuc ſæuæ meminit manus altera cædis
Suſtinet occultũ nemeo tegmine ſaxũ.
Digna operi fortuna ſacro peleus habebat
Regnator lætis numen uenerabile menſis.
Et comitem occaſus ſecũ portabit & ortus
Prenſabatque libens modo qua diademata dextra
Abſtulerat:dederatq;:& magnas uerterat urbes
Semper ab hoc animos in craſtina bella petebat:
Huic acies uictor ſemper narrabat opimas.
Siue cathenatos bromio detraxerat indos:
Seu clauſam magna babylona refregerat haſta
Seu pelopis terras:libertatemque pelaſgam
Obruerat bello:magnoque ex agmine laudũ
Fertur thebanos tantũ excuſaſſe triũphos.
Ille etiam magnos fatis rumpentibus actus:
Cũ traheret lætale merũ:iam mortis opaca
Nube grauis uultus:alios in numine caro
Aeraque ſupremis timuit ſudantia menſis.
Mox naſamoniaco decus admirabile regi
Poſſeſſũ:fortique deo libauit honores.
Semper atrox dextra:periuroque enſe ſuperbus
Hannibal italicæ perfuſũ ſanguime gentis
Diraque romuleis portantem incendia tectis
Oderat:& cũ epulas & cũ lenea dicaret
Dona deus:caſtris mœrens comes iſſe nephandis
Præcipue cũ ſacrilegas face miſcuit arces
Ipſius immeritaſque domos:ac templa tonantis
Polluit:& populis furias immiſit honeſtas:
Nec poſt ſydonii lætũ ducis ære potita
Egregio plebeia domus conuiua ſibyllæ
Cœnabat ſemper:claros intrare penatis
Aſſuetũ:& felix dominorũ ſtẽmate ſignũ.
Nunc quoque ſi mores:humanaque pectora curæ
Noſſe deis:non aula quidem tyrinthia:nec te

R eglus ambit honos:ſed caſta ignaraq; culpæ
M ens domini:cui priſca fides cœptæque perenne
F œdus amiciciæ:ſcit adhuc florente ſub æuo
P ar magnis ueſtinus aquis quem nocte dieque
S pirat:& in caræ uiuit complexibus umbræ.
H ic igitur tibi læta quies fortiſſime diuũ
A lcides:nec bella uides pugnaſque feroces
S ed chelin & uictas & amantes carmina laurus.
H ic tibi ſolemni memorabit carmine quãtus
I liacas geticaſque domos:quantuſque niualẽ
S tymphalon:quantuſque iugis erimanthon aquoſis
T errueris:quẽ & pecoris poſſeſſor hiberi
Q uẽ tulerit ſæuæ mareoticus arbiter aræ:
H ic penetrata tibi:ſpoliataque limina mortis
C oncinet & flentes libyæ ſcythiæ ue puellas.
N ec te regnator macedũ: nec barbarus unquam
H annibal:aut ſæui poſſet uox horrida ſyllæ
H is celebrare modis:tu certe muneris auctor
N on aliis malles oculis liſyppe probari.

Lyricum ad Maximũ Iuniũ.
I Am diu lato ſaciata campo
Fortis herois erato labores
D iffer:atque ingens opus in minores
C ontrahe gyros:
T uque regnator lyricæ cohortis
D a noui paulum mihi iura plectri:
S i tuas cantu latio ſacraui
P yndare thebas:
M aximo carmen tenuare tento:
N unc ab intonſa capienda myrto
S erta:nunc maior ſitis & bibendus
C aſtior amnis:
Q uando te dulci latio remittent
D almatæ montes ubi dite uiſo
P allidus foſſor redit:erutoque
C oncolor auro:
E cce me natum propiore terra
N on tamen portu retinent amœno
D eſides baiæ laticũ ue motus
H ectoris amnis
T orpor eſt noſtris ſine te camœnis
T ardius ſueto uenit ipſe tymbræ
R ector & primis meus ecce metis
H æret achilles:

quippe

Quippe te fido monitore noſtra
Thebais multa cruciata lima
Tentat audaci fide mantuanæ
Gaudia famæ:
Sed damus lento ueniam quod alma
Prole fundaſti uacuos penatis
Odiem lætum uenit ecce nobis
Maximus alter
Orbitas omni fugienda niſu
Quam premit uotis inimicus hæres
Optimo poſcens pudet heu propinquo
Funus amico
Orbitas nullo tumulata fletu
Stat domo capta cupidus ſuperſtes
Imminens læti ſpoliis & ipſum
Computat ignem:
Duret in longum generoſus infans
Per que non multis iter expeditum
Creſcat in mores patrios auumque
Prouocet actis:
Tu tuos paruo memorabis enſes
Quos ad eoum tuleras orontem
Signa frenatæ moderatus aulæ
Caſtore dextro:
Ille ut inuicti rapidum ſecutus
Cæſaris fulmen refugis amaram
Sarmatis legem dederit ſub imo
Viuere cœlo:
Sed tuas artes puer ante diſcat
Omne quis mundi ſenium remenſus
Orſa ſaluſti breuis & torani
Reddis alumne.

AD IVLIVM Menecratē Cōgratulatio ob ꝓlem

Pande fores ſuperum uittataque templa ſabæis
Nubibus:& pecudum fibris ſpirantibus imple.
Parthenope:clari genus ecce menecratis auget
Tertia iam ſoboles procerum tibi nobile uulgus.
Creſcit & inſani ſolatur damna ueſeui:
Nec ſolum feſtas ſecreta neapolis aras
Ambiat & ſocii portus:dilectaque mitis
Terra dicharchei:nec nō plaga cara madenti
Surrentina deo ſertis altaria cingat
Materni qua littus aui:qua turba nepotum
Circuit & ſimiles contendit reddere uultus
Gaudeat & libyca præſignis auunculus haſta

Q uæq; ſibi genitos putat attollitque benigno
P olla ſinu: macte o iuuenis qui tanta merenti
L umina das patriæ: dulci tremit ecce tumultu
T ot dominis clamata domus: procul atra recedat
I nuidia atque alio liuentia pectora flectat.
H is ſenium lõgeque decus uirtutis & alba
A tropos: & patrius lauros promiſit apollo.
E rgo quod auſoniæ pater auguſtiſſimus urbis
I us tibi tergeminæ dederat lætabile prolis
O men erat: uenit totiens lucina piumque
I ntrauit repetita larem: ſic fertilis oro
S tet domus & donis nunq̃ mutata ſacratis
M acte quod & proles tibi ſæpius aucta uirili
R obore ſed iuueni lætam dat uirgo parenti
A ptior his uirtus: citius dabit illa nepotes.
Q ualis maternis helene iam digna paleſtris
I nter amycleos reptabat candida fratres.
V el qualis cæli facies ubi nocte ſerena
A dmouere iubar mediæ duo ſydera lunæ.
S ed queror haud faciles iuuenũ rariſſime queſtus.
I raſcorque etiam quantũ iraſcũtur amantes.
T anta ne me decuit uulgari gaudia fama
N oſcere? cũque tibi uagiret tertius infans
P rotinus ingenti non uenit nũtia curſu
L ittera: quæ feſtos cumulare altaribus ignes
E t redimire chelin: poſteſq; ornare iuberet.
A lbanoque cadũ ſordentem promere fumo
E t cantu ſignare diem: ſed tardus inerſque
N unc demũ mea uota cano: tua culpa tuuſque
H ic pudor: ulterius ſed enim producere queſtus
N on licet: en hilaris circũſtat turba tuorum
D efenſatque patrem: quem nõ hoc agminne uincas.
Dii patrii quos auguriis ſuper æquora magnis
L ittus ad auſoniũ deuexit abantia claſſis.
T u ductor populi longe migrantis apollo
C uius adhuc uolucrem leua ceruice ſedentem
R eſpiciens blande felix eumelis adorat
T uq; actea ceres curſu cui ſemper anhelo
V otiuam taciti quaſſamus lampada myſtæ
E t uos tyndaridæ quos non horrenda lycurgi
T aigeta umbroſæq; magis coluere terannæ
H os cum plebe ſua patrii ſeruate penates
S int qui feſſam æuo crebriſque laboribus urbẽ
V oce opibuſque iuuent. uiridique in nomine ſeruẽt
H is placidus genitor mores larguq; nitorem
M onſtrat auus: pulchræ ſtudiũ uirtutis uterque.

Quippe & opes & origo ſinūt hac lampade prima
Patricias intrare fores his pube ſub ipſa
Si modo plena bonisʼ inuicti cæſaris adſint
Limina, romulei limen pulſate ſenatus.

PLOTIO GRIPPO.

Est ſane iocus iſte: quod libellum
Miſiſti mihi grippe pro libello
Vrbanū tamen hoc poteſt uideri.
Si poſt hoc aliquid mihi remittas
Nam ſi ludere grippe perſeueras
Non ludis: licet ecce computemus
Noſter purpureus nouuſque charta
Et binis decoratus umbilicis
Præter me mihi conſtitit decuſſis.
Tu roſū tineis: ſituque putrem:
Quales aut libycis madent oliuis
Aut thus niliacū piper ue ſeruant:
Aut bizantiacosʼ colunt lacertes
Nec ſaltem tua dicta continentem
Quæ trino iuuenis foro tonabas.
Aut centū prope iudices: priuſquam
Te germanicus arbitrū ſequentis
Annonæ dedit. omniūque late
Præfecit ſtationibus uiarū
Sed bruti ſenis oſitationes
De capſa miſeri libellionis.
Emptū plus minus aſſe caiano
Donas: uſque adeo ne defuerūt
Cæſis pilea ſuta de lacernis.
Vel mantilia luridæ ue mappæ.
Chartæ thebaicæ ue: caricæ ue
Nuſquam turbine conditus ruenti
Prunorū globus atque coctanorū
Non elychnia ſicca non replictæ
Bulborū tunicæ: nec oua tantū
Non leues alicæ: nec aſperū far
Nuſquam ciniphiis uagata campis
Curuarum domus uda coclearū:
Non lardū graue debilis ue perna
Non lucanica non graues phaliſci
Non ſal: oxiporum ue caſeus ue
Aut panes uiridantis aphronitri
Vel paſſum pſytiis uuis recoctū
Dulci defruta uel lutoſa cœno
Quantum uel dare cereos arentes

Cultellum:tenues ue codicillos?
Olares rogo non licebat uuas:
Cumano patinas in orbe tortas:
Aut unam dare ſintheſim (quid horres)
Alborũ calicum:atque caccaborũ
Sed certa uelut equus in ſtatera
Nil mitis:ſed idem nihil rependis
Quid ſi cũ bene mane ſemicrudus
Illatam tibi dixero ſalutem
Etu ne uicibus domi ſalutes?
Aut cũ me dape iuueris opima.
Expectes ſimiles & ipſe cœnas?
Iraſcor tibi grippe.ſed ualebis
Tantũ ne mihi quo ſoles lepore
Et nunc endecaſyllabos remittas.

SYLVARVM LIBER QVINTVS
AD ABASCANTIVM

OMnibus affectibus proſequenda ſunt bona exēpla cum publice proſint: pietas quam priſcillæ tuæ præſtas & morum tuorum pars nulli nō conciliare te præcipue merito poteſt. Vxorem enim uiuam amare uoluptas eſt: defunctam religio : ego tamē huic operi non ut unus e turba nec tantū quaſi officioſus aſſilui: amauit enim uxorem meam priſcilla : & amādo fecit mihi illam probatiorem: poſt hoc ingratus ſū ſi lachrymas tuas tranſeo: præterea latus omne diuinæ domus ſemper demereri pro mea mediocritate cōnitor: Nam qui bona fide deos colit: amat & ſacerdotes: ſed quāuis propiorem nexum amiciciæ tuæ iam pridem cuperem: mallē tamen nondū interueniſſe materiam.

DE Priſcilla uxore caſtiſſima.

SI manus aut ſimiles docilis mihi fingere ceras
Aut ebur impreſſis aurum ue animare figuris
Hinc priſcilla tuo ſolatia grata marito
Conciperem: nanque egregia pietate meretur
Vt uel apelleo uultus ſignata colore:
Phidiaca uel nata manu reddare dolenti
Sic auferre rogis umbram conatur & ingens
Certamen cum morte gerit: curaſq; fatigat
Artificum: inque omni te quærit amare metallo.
Sed mortalis honos agilis quem dextra laborat
Nos tibi laudati iuuenis rariſſima coniunx
Longa nec obſcurum finem latura perenni
Tentamus dare iuſta lyra modo dexter apollo
Quiq; uenit iuncto mihi ſemper apolline cæſar
Annuat haud alio melius condedere ſepulchro
Sera quidem tanto ſtruitur medicina dolori.
Altera cum uolucris phœbi rota torqueat annum:
Sed cum plaga recens & adhuc in uulnere primo
Nigra domus queſtu miſeramq; acceſſus ad aurem
Coniugis orbati: nunc flere & ſcindere ueſtes
Et famulos laſſare greges: & uincere planctus
Fataque & iniuſtos rabidis pulſare querelis
Celicolas ſolamen erat: licet ipſe leuandos
Ad gemitus ſyluis comitatus & amnibus orpheus
Adforet atque omnis pariter matertera uatem
Omnis apollineus tegeret: bacchique ſacerdos.
Nil cantus: nil fila deis pallentis auerni
Eumenidumq; audita comis: mulcere ualerent
Tantus in attonito regnabat pectore luctus:
Nunc etiam ad planctus refugit iam plana cicatrix
Dum canimus: grauibuſque oculis uxorius inſtat
Imber habent ne pios etiam nunc lumina fletus?
Mira fides: citius genitrix ſipylcia fertur
Exhauſiſſe genas: citius titonida mœſti
Deficient rores: aut exſiccata fatiſcet
Mater achilleis hyemes affrangere buſtis
Macte animi: notat iſte deus qui flectit habenas
Orbis & humanos propior ioue digerit actus
Mœrentemq; uidet: lectiq; arcana miniſtri
Hinc etiam documenta capit: quod diligis umbram
Et colis exequias: hic eſt caſtiſſimus ardor
Hic amor a domino meritus cenſore probari
Nec mirum ſi uos collato pectore mixtos
Iunxit inabrupta concordia longa catena

I lla quidem:nuptumq; prior:tedaſque marito
P aſſa alio:ſed te ceu uirginitate iugatum
V iſceribus totis:animoque amplexa fouebat.
Q ualiter æquæuo ſociatam palmite uitẽ
V lmus amat:miſcetq; nemus:ditemq; precatur
A utumnũ:& caris gaudet redimita racemis.
L audentur proauis:ſeu pulchro munere formæ
Q uæ morũ caruere bonis:falſoq; potentes
L audis egent ueræ:tibi quanq̃ & origo niteret
E t felix ſpecies:multũq; optanda maritis
E x te maior honos unũ nocuiſſe cubile
V nũ ſecretis agitare ſub oſſibus ignem
I llũ nec phrygius uiciaſſet raptor amorem
D ulichii ue proci:nec qui fraternus adulter
C aſta myceneo connubia polluit auro.
S i babylonis opes:lidæ ſi pondera gazæ
I ndorũque dares:ſerũque arabũq; potentes
D iuitias:mallet cũ paupertate pudica
I ntemerata mori:uitamque rependere famæ
N ec frons triſte rigens:nimiuſq; in moribus horror
S ed ſimplex hilariſque fides:& mixta pudori
G ratia:quod ſi anceps metus ad maiora uocaſſet
I lla uel armiferas pro coniuge læta cateruas
F ulmineoſque ignes:mediique pericula ponti
E xciperet melius.quod non aduerſa probarũt.
Q uæ tibi cura tori:quantus pro coniuge pallor.
S ed meliore uia dextros tua uota marito
P romeruere deos:dũ nocte dieque fatigas
N umina:dũ cũctis ſuplex aduolueris aris
E t mitem geniũ domini præſentis adoras
A udita es:uenitque gradu fortuna benigno:
V idit quippe pii iuuenis uanamq; quietem
I ntactamque fidem:ſuccinctaque pectora curis:
E t uigiles ſenſus:& digna euoluere tentas
S obria corda uices uidit qui cũcta ſuorũ
N ouit & inſpectus ambit latus omne miniſtris.
N ec mirũ uidet ille ortus:obituſque quid arctos
Q uid boreas hybernus agat:ferriq; togæq;
C onſilia:atque ipſam mentem probat ille iubatis
M ollem immenſam humeris & uix tractabile tempus
I mpoſuit:nec enim numeroſior altera ſacra
C ura domo magnũ late dimittere in orbem
R omulei mandata ducis:uireſque modoſque
I mperii tractare manu:quæ laus ab arcto
Q uid uagus euphrates:quid ripa binominis hiſtri

Q uid rheni uexilla ferant:quantum ultimus orbis
C eſſet:& e refluo circonſona gurgite thyle
O mnia iam laceras pila attollentia frondes:
M ultaq; fumoſa ſignatur lancea penna.
P ræterea fidos dominus ſi diuidat enſes
P andere quis centum ualeat frenare maniplos
I ntermiſſus eques:quis præcepiſſe cohorti
Q uem deceat clari præſtantior ordo tribuni
Q uis nam frenigere ſignum dare dignior alæ
M ille etiam prænoſſe uices:an merſeris agros
N ilus an imbrifero libye ſuauerit auſtro
C unctaque ſi numerm:non plura inteprete uirga
N untiat e celſis ales tegeaticus aſtris:
Q uæq; cadit liquidas iunonia uirgo per auras
E picturato pluuium ligat aera giro
Q uæq; tuas laurus uolucri germanice curſu
F ama uehit prægreſſa diem:tardumq; ſub aſtris
A rchada & in medio liquit tahumantida cælo.
Q ualem te ſuperi priſcilla hómineſq; benigno
A ſpexere die:cum primum ingentibus actis
A dmotus coniunx:uiciſti gaudia cœnæ
I pſius effuſo dum pectore prona ſacrates
A nte pedes auide domini tam magna merentis
V olueris aonio non ſic in uertice gaudet
Q uem pater arcani præfecit hiantibus antri
D elius:aut primi cui ius uenerabile thirſi
B acchus & attonitæ tribuit uexilla cateruæ
N on tamen hic cunctata quies:probitas ue ſecundis
I ntumuit tenor idem animo:moreſque modeſti
F ortuna creſcente manent:fouet anxia curas
C oniugis hortaturque ſimul flectitque labores.
I pſa dapes modicas & ſobria pocula tradit
E xemplumque ad herile monet:uelut appula coniunx
A gricole parci uel ſole infecta ſabino
Q uæ uidet emeriti iam proſpectantibus aſtris
T empus adeſſe uiri:propere menſaſque toroſq;
I nſtruit:expectataque ſonum redeuntis aratri.
(Parua loquor) tecum gelidas comes illa p arctos
S armaticaſque hyemes:hiſtrumque & pallada rheni
F rigora:tecum omnis animo durata per æſtus
E t ſi caſtra darent:uellet geſtare pharetras
V ellet amazonia latus intercludere pelta:
D um te puluerea bellorum nube uideret
C æſarei prope flumen equi:diuinaq; tela

Vibrantem:& magnæ ſparſū ſudoribus haſtæ
Hactenus alma chelis:tempus nūc ponere frondes
Phæbe tuas:mœſtaque comā damnare cupreſſo:
Quis nam impacata conſanguinitate ligauit:
Fortunam inuidiāque deus?quis iuſſit iniquas
Aeternū bellare deas:nullam ne notauit
Illa domū toruo quam non hæc lumine figat:
Protinus:& ſæua perturbat gaudia dextra:
Florebant hilares inconcuſſique penates:
Nil mœſtū:quid enim quis infida leuiſque
Cæſare tam dextro poſſet fortuna timeri?
Inuenere uiam liuentia fata:piūque
Intrauit ius ſæua larem:ſic plena maligno
Afflantur iumenta noto:ſic alta ſeneſcit
Imbre ſeges nimio:rapidæ ſic obuia puppi
Inuidet:& uelis adnubilat aura ſecūdis
Carpitur eximiū fato priſcilla decorē
Qualiter alta comā ſyluarū gloria pinus
Seu iouis igne malo:ſeu iam radice ſoluta
Deficit:& nulli ſpoliata remurmurat auræ:
Quid probitas aut caſta fides?quid numina proſūt
Culta deū?furuæ miſeram circū undiq; læti
Vallauere plagæ:tenuantur dura ſororum
Licia:& exacti ſupereſt pars ultima fili.
Nil famuli cœtus:nil ars operoſa medentū
Auxiliata malis:comites tamen undique ficto
Spem ſimulant uultu:flentem notat illa maritū
Ille modo inferne nequicquam flumina lethes
Incorrupta rogat nunc anxius omnibus aris
Illachrymat:ſignatq; fores:& pectore terget
Lumina nūc magni uocat exorabile numen
Cæſaris heu durus fati teneor:eſt ne quod illi
Non liceat quantæ poterāt mortalibus annis
Acceſiſſe moræ:ſi tu pater omne teneres
Arbitriū:cæco gemeret mors clauſa baratro
Longius:& uacuæ poſuiſſent ſtamina parcæ.
Iamq; cadūt uultus:oculiſque nouiſſimus horror
Obtuſæque aures:niſi cū uox ſola mariti
Noſcitur:illū unū media de morte reuerſa
Mens uidet:illū ægris circūdat fortiter ulnis.
Immotas obuerſa genas:nec ſole ſupremo
Lumina ſed dulci mauult ſaciare marito.
Tunc ſic unanimē moriens ſolatur amantē.
Pars animæ uictura meæ (cui linquere poſſim
O utinam quos dura mihi rapit atropos annos)

P arce precor lachrymis: ſæuo nec concute planctu
P ectora: nec crucia fugientem coniugis umbram.
L inquo equidē thalamos (ſaluo tamen ordine) mœſtos
Q uod prior exegi longa potiora ſenecta
T empora: uidi omni te pridem in flore nitentem
V idi alte propius propiuſque accedere dextræ
N on in te fatis: non iam cæleſtibus ullis
A rbitrium: mecum iſta fero: tu limite cœpto
T ende libens: ſacrumq; latus geniumque potentem
I rrequietus ama: nunc quod cupis ipſe uideri
D e capitolinis æternum ſedibus aurum
Q uo niteat ſacri centeno pondere uultus
C æſaris: & propriæ ſignet cultricis amorem
S ic ego: nec furias nec deteriora uidebo
T artara: & heliſias felix admittar ad oras
H æc dicit labens ſocioſque amplectitur artus
H ærentemque animam non triſtis in ora mariti
T ranſtulit: & cara preſſit ſua lumina dextra.
A t iuuenis magno flammatus pectora luctu
N unc implet ſæuo uiduos clamore penatis
N unc ferrum laxare cupit: nunc ardua tendit
I n loca uix retinent comites: nunc ore ligato
I ncubat amiſſæ merſumq; in corde dolorem
S æuus agit: qualis conſpecta coniuge ſegnis
O dryſius uates poſitis ad ſtrimona plectris
O bſtupuit triſtemque rogum ſine carmine fleuit.
I lle etiam recte rupiſſet tempora uitæ
N e tu tartareum chaos incomitata ſubires
S ed prohibet mens fida ducis: mirandaq; ſacris
I mperiis: & maior amor quis carmine digno
E xequias & dona malæ feralia pompæ
P erlegat: omne illic ſtipatum examine longo
V er arabum: cilicumq; fluit floreſque ſabaei
I ndorumque arſura ſeges: præreptaque templis
T hura palæſtinis: ſimul hebreique liquores
C oricieque comæ: cynereiaque germina & altis
I pſa thoris ſerum: tyrioque umbrata recumbit
T egmine: ſed toto ſpectatur in agmine coniunx.
S olus in hunc magnæ flectuntur lumina romæ
C eu iuuenes natos ſuprema ad buſta ferentem
I s dolor in uultu tantum crineſque genæque
N octis habent: illam tranquillo fine ſolutam
F elicemque uocant: lachrymas fudere marito
E ſt locus ante urbem qua primum naſcitur ingens
A ppia: quaque italo gemitus almone cibele

ponit

Ponit & ideos iam nõ reminiſcitur amnes
Hic te ſidonio uellatam molliter oſtro
Eximius coniunx (nec enim fumantia buſta
Clamoremq; rogi potuit perferre) beato
Compoſuit priſcilla thoro (nil longior ætas
Carpere nil æui poterũt intrare labores:)
Siccatam membris tantas uenerabile marmor
Sepit opes: mox in uarias mutata nouaris
Effigies: hoc ære ceres: hoc lucida gnoſis
Illo maia tholo uenus hoc non improba ſaxo
Accipiũt: uultus haud indignata decoros
Numina circũſtant famuli conſuetaque turba
Obſequiis cũ rite thori menſæque parantur:
Aſſidue: domus iſta domus: quis triſte ſepulchrũ
Dixerit hac merito uiſa pietate mariti.
Protinus exclames: eſt hic agnoſco miniſter
Illius æternæ modo qui ſacraria genti
Condidit: atq; alio poſuit ſua ſydera cælo.
Sic ubi magna nouum phario de littore puppis
Soluit iter: iamq; innumeros utrinq; rudentes
Lataq; ueliferi porrexit brachia mali
Inuaſitque uias in eodem anguſta phaſellus
Aequore: & immenſi partem ſibi uindicat auſtri
Quid nunc immodicos iuuenum lætiſſime fletus
Corde foues longũque uetas exire dolorem
Nempe times ne cerbereos priſcilla tremeſcat
Latratus: tacet ille piis ne tardior adſit
Nauita: proturbetque uadis uehit ille merentes
Protinus: & manes placidus locat hoſpite cymba
Præterea ſi quando pio laudata marito
Vmbra uenit: iubet ire faces proſerpina lætas
Fgreſſaſque ſacris ueteres heroidas antris
Lumine purpureo triſtes aperire tenebras.
Sertaque & heliſios animæ præſternere flores
Sic manes priſcilla ſubit ubi ſupplice dextra
Pro te fata rogat: reges tibi triſtis auerni
Placat: ut expletis humani finibus æui
Plicantem terras dominũ iuuenemque relinquas
Ipſe ſenex: certe iurant in uota ſorores:

DE CRISPINO.

Rura meus tirrhena petit ſaltuſque tageni
Criſpinus: nec longa mora eſt: aut auia tellus
Et mea ſecreto uoluuntur pectora morſu.
Vdaque turgentes impellunt lumina guttas
Ceu ſuper ægeas hyemes abeuntis amici

Vela ſequar:ſpectemque.ratem iam feſſus ab altis
Rupibus:atque oculos longo querar aere uinci
Quid ſi militiæ iam te puer inclyte primæ
Clara rudimenta & caſtrorū dulce uocaret
Auſpicium:quanto manarent gaudia fletu:
Quos ue darem amplexus:etiam ne optanda propĩqui
Triſtia ut octonos bis iam tibi circuit orbes.
Vita ſed anguſtis animus robuſtior annis
Succumbitque oneri:& mentem ſua non capit ætas
Nec mirū non te ſeries:in honora parentū
Obſcurū proauis:& priſcæ lucis egentem
Plebeii de ſtirpe tulit non ſanguine cretus
Turmali trabeque:& remis & paupere clauo.
Auguſtam ſedem & latii penetrale ſenatus
Aduena pulſaſti:ſed precedente tuorum
Agmine:romulei qualis per iugera circi
Cum pulcher uiſu titulis generoſus auitis
Expectatur equus:cuius de ſtemmate longo
Felix demeritos habet admiſſura parentes
Illū omnes acuunt plauſus:illū ipſe uolantē
Puluis & incuruæ gaudent agnoſcere metæ
Sic te clare puer genitū te curia ſenſit
Primaque patritia clauſit ueſtigia luna
Mox tyrios ex more ſinus:tunicamque potentem
Agnouere humeri:ſed enim tibi magna parabat
Ad titulos exempla pater:quippe ille iuuentam
Protinus ingrediens pharetratū inuaſit araxem
Belliger:indocilemque fero ſeruire neroni
Armeniam rigidi ſummā mauortis agebat
Corbulo:ſed comitem belli ſociūque laborū
Ille quoque egregiis multū miratus in armis
Bolanū:atque illi curarū aſperrima ſuetus
Credere:partirique metus quod tempus amicū
Fraudibus:exorto quæ nam bona tempora bello
Quæ ſuſcepta fides:aut quæ fuga uera ferocis
Armenii:bolanus iter prænoſce timendū
Bolanus tutis iuga querere commoda caſtris
Metari bolanus agros aperire malignas
Tot ueprū nemorūque moras tantaque uerendi
Mentem implere ducis:iuſſiſque ingentibus unus
Sufficere:ipſa uirū norat iā barbara tellus
Ille ſecūdus apex:bellorū & proxima caſſis
Sic phryges attoniti quāquam nemeea uiderent
Arma:cleoneoſque acies impelleret arctus
Pugnante alcide:tamen & thelamona timebant

diſce

D iſce puer:nec enim externo monitore petendus
V irtutis tibi pulcher amor:cognata miniſtret
L aus animos:aliis decii reduceſque camilli
M onſtrentur:tu diſce patrem:quãtuſque natantẽ
F luctibus ociduis:feſſoque hyperione thylen
I ntrauit mandata gerens quantuſque potentes
M ille urbes aſiæ ſortito rexerit anno
I mperium mulcente toga:tibi talia pronis
A uribus:hæc certent tibi conciliare propinqui
H æc iterent comites præcepta:ſeneſque paterni
I amque alio moliris iter:nec deſide paſſu
I re paras:nondũ ualidæ tibi ſigna iuuentæ
I rrepſere genis:& adhuc decor integer æui.
N ec genitor iuxta:fatis nanque hauſtus iniquis
O ccidit:heu geminam prolẽ ſine præſide linquens
N ec ſaltem teneris oſtrũ puerile lacertis
E xuit:albentique humeros induxit amictu.
Q uem non corrumpit pubes effrena nouæque
L ibertas properata togæ:ceu neſcia falcis
S ylua comas tollit:fructumque expirat in umbras
A t tibi pieriæ tenero ſub pectore curæ
E t pudor & docti legem ſibi dicere mores
T unc hilaris probitas & frons tranquilla nitorque
L uxuriæ confine tenẽs:pietaſque per omnes
D iſpenſata domos æquæuo cedere fratri
M irarique patrem:miſeræque ignoſcere matri
A d monuit fortuna domus:tibi ne illa nefanda
P ocula:lætaleſque manu componere ſuccos
E ualuit.qui uoce potes præuertere morſus
S erpentũ:atque omnes uultu placare nouercas
I nfeſtare iuuat manes:meritoque precatu
P acem auferre rogis:ſed te puer optime cerno
F lectentem iuſtis:& talia dicta parentem
P arce precor cineri:fatũ illud & ira nocentũ
P arcarũ crimenque dei mortalia quiſquis
P ectora ſero uidet:nec primo in limine ſiſtit
C onatus ſcelerũ atque animos infanda parantes
E xcitat illa die ſæuo:nec poſtera credant
S æcula:nos certe taceamus & obruta multa
N octe tegi propriæ patiamur crimina gentis
E xegit pœnas:hominũ cui cura ſuorũ
Q uo pietas auctore redit:terraſque reuiſit
Q uẽ timet omne nefas:ſatis hæc lachrymãdaq; nobis
V ltio:quin ſæuas utinam exorare liceret
E umenidas:timidæque auertere cerberon umbræ.

I mmemoremq; tuis citius dare manibus amnem
M acte animo iuuenis: ſed creſcunt crimina matris
N ec tantum pietas: ſed protinus ardua uirtus
A ffectata tibi nuper cum forte ſodalis
I mmeritæ falſo pallerent crimine famæ
E rigeretque forum ſuccintaq; iudice multo
S urgeret: & caſtum uibraret iulia fulmen.
T u quanq̃ non ante forum: legeſq; ſeueras
P aſſus: ſed tacita ſtudiorum occultus in umbra
D efenſare metus: aduerſaque tela ſubiſti.
P ellere: inermis adhuc: & tiro pauentis amici
H aud unquam tales aſpexit romulus annos.
D ardaniuſque ſenex medii bellare togata
S trage fori: ſtupuere patres tentamina tanta
C onatuſq; tuos: nec te reus ipſe tenebat
P ar uigor & membris: promptæq; ad fortia uires
S ufficiunt animo: atque ingentia iuſſa ſequuntur.
I pſe ego te nuper tyberino in littore uidi
Q ui tyrrhena uadis laurentibus æſtuat nuda
P endentem in curſus: uexantemque illia nuda
C alce ferocis equi uultu dextraq; minantem.
(Si qua fides diſcis) ſtupui armatumque putaui
G etulo ſic pulcher equo: troianaque quaſſans
T ela nouercales ibat uenator in agros
A ſcanius: miſeramq; patri flagrabat eliſan.
T roilus haud aliter gyro leuiore minantes
E ludebat equos: aut quem de turribus altis
A rchadas ogigio uexantem in puluere metas
S pectabant tyriæ non toruo lumine matres
E rgo age nam magni ducis indulgentia pulſat
C ertaque dat uotis hilaris ueſtigia frater.
S urge animo & fortes caſtrorum concipe curas
M onſtrabunt acies mauors actæaq; uirgo
F lectet caſtor equos: humeris quatit arma quirinus
Q uis tibi tam tenero permiſit plaudere collo
N ubigeros clypeos intactaque cedibus arma
Q uas nam igitur terras: quem cæſaris ibis in orbem
A rctoos ne amnes: & rheni frata natabis
F lumina: an æſtiferis libyæ ſudabis in armis
A n iuga pannoniæ mutatoreſque donorũ
S auromatas quaties: an te ſeptenus habebit
H iſter: & umbroſo circumflua gurgite peuce.
A n ſolynium cinerem: palmetaq; capta ſubibis
N on ſibi felices ſyluas ponentis idumes
Q uod ſi te magno tellus frenata parenti

aſpiciat

Aſpiciat quantũ ferus exultabit araxes
Quanta calidonios attollet gloria campos.
Cum tibi longæuus referet trucis incola terræ:
Hic ſuetus dare iura parens hoc ceſpite turmas
Affari: nitidas ſpeculas: caſtellaque longe
Aſpicis: ille dedit: cinxitque hæc mœnia foſſa:
Belligeris hæc dona deis: hæc tela dicauit.
Cernis adhuc titulos hunc ipſe uacantibus armis
Induit: hæc regi rapuit uibrata britanno.
Qualiter in teucros uictricia bella parentis
Ignotum pyrrho fœnix narrabat achillem.
Felix qui uiridi fidens optate iuuenta
Durabis quaſcũque uias ueniamque ſub illis
Forſan & ipſe latus (ſic numina principis adſint)
Cinctus: & unanimi comes indefeſſus amici
Quo pilades ex more pius quo dardana geſſit
Bella menœtiades: quippe hæc concordia nobis
Hic amor ẽ duretque precor nos fortior ætas
Iam fugit: hinc uotis animum precibuſque iuuabo
Hei mihi: ſed queſtus ſolitos ſi forte ciebo
Et mea romulei uenient ad carmina patres
Tu deeris criſpine mihi cuneoſque per omnes
Te meus abſentẽ circũſpectabit achilles.
Sed uenies melior: uatum non irrita currunt
Omina: quiq; aquilas tibi nunc & caſtra recludit
Idem omnes perferre gradus: cingetque ſuperbis
Faſcibus: & patrias dabit inſediſſe curules
Sed quis ab excelſis troianæ collibus albæ
Vnde ſuæ iuxta proſpectat mœnia romæ.
Proximus ille deus fama uelocior intrat
Nuncius: atque tuos implet criſpine penates:
Dicebam certe uatum non irrita currunt.
Auguria: en ingens reſerat tibi limen honorũ
Cæſar: & auſonii committit munia ferri
Vade puer tantiſque enixus ſuffice donis
Felix qui magno iam nunc ſub præſide iuras
Cuique ſacer primũ tradit germanicus enſem.
Non minus hoc fortis: q̃ ſi tibi panderet ipſe
Bellipotens aquilas: toruique induceret ora
Caſſide: uade alacer: maioraque diſce mereri.

Epicedium in patrem.

Ipſe malas uires: & lamentabile carmen
Helyſio de fonte mihi pulſũque ſiniſtræ.
Da genitor perdocte lyræ: neq; enim antra moueri
Delia: nec ſolitam fas eſt impellere cyrram

Q uicquid ab iſmariis monſtrabat collibus euhan
D edidici:fugere mei parnaſia crines
V ellera:funeſtamque hederis irrepere taxum
E xtimui tepidamque nefas areſcere laurum.
C erte ego magnanimum qui facta attolere regum
I bam altum ſpirans martemq; æquare canendo:
Q uis ſterili mea corda ſitu quis apolline merſo
F rigida damnatæ produxit nubila menti.
S tant circum attonitæ uatem & nil dulce ſonantes
N ec digitis nec uoce deæ dux ipſa ſilenti
F ulta caput cythara:qualis:poſt orphea raptum
A ſtitit hebre tibi:cernens iam ſurda ferarum
A gmina & immotos ſublato carmine lucos
A t tu ſeu membris emiſſus in ardua tendens
F ulgentiſque plagas rerumque elementa recenſes
Q uis deus unde ignes:quæ ducat ſemita ſolē
Q uæ minuant phœben:quæq; integrare latentē
C auſa queat:doctiq; modos extendis aratii
S eu tu lethei ſecreto in gramine campi
C oncilia heroum iuxta maneſque beatos
M æonium aſcreumq; ſenem:non ſegnior umbra
A ccolis:alternumque ſonas:& carmina miſces.
D a uocem magno pater ingeniūque dolori
N am me ter relegens cælo terque ora retexens
L una uidet reſidem nullaque heliconide triſtes
S olantem curas:tuus ut mihi uultibus ignis
I rrubuit:cineremque oculis humentibus hauſit.
(Vilis honos ſtudiis) uix hæc mihi munera ſoluo
P rimū animū tacitiſque ſitū depellere curis.
N unc etiam hebetatem manu:nunc lumine ſicco
O rdior acliuis:tumulo quo molle quieſcis
I ugera noſtra tenens:ubi poſt æneia fata
S tellatus latiis ingeſſit montibus albam
A ſcanius:phrygio dū pingues ſanguine campos
O dit:& infauſtæ regnū dotale nouercæ
H ic ego te (nam ſicanii non mitius halat
A ura croci:dites nec ſi tibi rara ſabaei
C ynnama odoratas nec arabs decerpſit ariſtas)
I nferui cum laude loci:ſed carmine plango
P ierio:ſumme & gemitus & uulnera nati.
E t lachrymas rari quas nunquam habuere parentes
A tque utinam fortuna mihi dare manibus aras
P ar templis opus aeriamque educere mollem
C yclopū ſcopulos ultra:atque audacia ſaxa
P yramidū:& magno tumulum prætexere luco.

I llic & ſiculi ſuperaſſem dona ſepulchri.
E t nemees lucũ:& pelopis ſolemnia trũci.
I llic oebalio non finderet aera diſco.
G raiorũ uis ulla uirũ:non arua rigaret
S udor equũ:aut putri ſonitũ daret ungula foſſa
S ed phœbi ſimplex chorus:& frondentia uatum
P ræmia laudato genitor tibi rite dicarem
I pſe madens oculis:umbrarũ animæque ſacerdos
P ræcinerem gemitũ:cui te ne cerberus omni
O re:nec orpheæ quirent auertere leges
A tque tibi moreſque tuos & fata canentem
F ors & magniloquo non poſt habuiſſet homero.
T enderet & toruo pietas æquare maroni.
C ur magis inceſſat ſuperos:& ſæua ſororum
S tamina:quæ trepido genitrix ſuper aggere nati
O rba ſedet:uel quæ primæui coniugis ignem
A ſpicit:obſtanteſque manus:turbamque tenentem
V incit:in ardentem liceat moritura maritum
M aior certe aliis:ſuperos & tartara pulſem
I nuidia:externis etiam miſerabile uiſu
F unus eat:ſed nec mihi ſe natura dolenti
N ec pietas iniuſta dedit mihi limine primo
F atorũ & uiridi genitor ceu raptus ab æuo
T artara dura ſubis:nec enim marathonia uirgo
P artius extinctũ ſæuorum crimine agreſtũ
F leuerit icariũ phrygia q̃ turre cadentem
A ſtianacta parens:laqueo quin illa ſupremo
I ncluſit gemitus:& te poſt funera magni
H ectoris hemonio pudor eſt ſeruire marito
N on ego quas fati certus ſibi morte canora
I nferias præmittit olor:nec rupe quod atra
T yrrhenæ uolucres nautis predulce minatur
I n patrios adhibebo rogos non murmure trunco
Q uod gemit:& duræ queritur philomela ſorori
N ota nimis uati:quis non in funere cunctos
E liadũ ramos:lachrymoſaque germina dixit:
E t phrygiũ ſilicem:atque auſum coutraria phœbo
C armina:nec fida gauiſam pallada buxo.
T e pietas oblita uirũ reuocataque cælo.
I uſtitia:& gemina plangat facũdia lingua.
E t pallas:doctique cohors heliconia phœbi.
Q uis honor aonios ſæuo pede ducere campos
E t quibus archadia carmen teſtudine menſis
C ydal abor nomenque fuit quoſque orbe ſub omni
A rdua ſeptena numerat ſapientia fama

Q ui furias regũque domos:auerſaque cælo
S ydera terrifico ſuper intonuere coturno.
E t quis laſciua uires tenuare thalia
D ulce uel heroos greſſu truncare tenores
O mnia nanq; animo complexus & omnibus auctor
Q ua fandi uis lata patet:ſiue orſa libebat
A oniis uincire modis:ceu uoce ſoluta
S pargere:& effreno nymbos æquare profatu
E xere ſemirutos ſubito de puluere uultus
P arthenope:cineremque afflato monte ſepulti
p one ſuper tumulos:& magni funus alumni.
Q uo non munichiæ quicquam præſtantius arces
D octaq; cyrene:ſparte ue animoſa creauit.
S i tu ſtirpe uetus:famaque obſcura iaceres
N il gentile tenens:illo te ciue probabas
C raiam:atque euboico maiorũ ſanguine duci
I lle tuis totiens præſtrinxit tempora ſertis
C um ſtata laudrto caneret quinquennia uerſu.
O ra ſupergreſſus pilii ſenis:oraque regis
D ulichii:ſpecieque comam ſubnexus utraque:
N on tibi deformes obſcuri ſanguinis ortus
N ec ſine luce genus:quãquã fortuna parentũ
A rctior extenſis:& enim te diuite ritu
P onere purpureos infantia adegit amictus
S tyrpis honore datos:& nobile pectoris aurum:
P rotinus exorto dextrũ riſere ſorores.
A onides:pueroque chelin ſummiſit & ora
I mbuit amne ſacro:iam tum mihi blandus apollo
N ec ſimplex patriæ decus & natalis origo
P endet in ambiguo geminæ certamine terræ
T e degente ſuum latiis aſcita colonis
G raia refert ſelle:graius qua puppe magiſter
E xcidit:& mediis miſer euigilauit in undis
M æon:& inde ſuum longo probat ordine uitæ
M eoniden:aliæque aliis natalibus urbes
D iripiunt:cunctæque probant non omnibus ille
V erſus alit uictos immanis gloria falſi.
A tque ibi dũ profers annos uitamque ſalutas
P rotinus ad patrii raperis certamina luſtri
V ix implenda uiris laudũ feſtina ſed ut dux
I ngenii ſtupuit primæua ad carmina plebes
E uboea & natis te monſtrauere penates.
I nde frequens pugnæ nulloque in gloria ſacro
V ox tua non totiens uictorem caſtora gyro.
N ec fratrem ceſtu uirides clauſere terapnæ

ſit

S it pronũ uiciſſe domi: quid acheia mereri
P ræmia: nunc ramis phœbi: nunc germine lernæ:
N unc athamantea protectũ tempora pinu.
C ũ totiens laſſata tamen: nuſquam auia frondes
A bſtulit: aut alium tetigit uictoria crinem.
H inc tibi uota patrũ credi: generoſaque pubes
T e monitore regi mores & facta priorum
D iſcere: quis caſus troiæ: q̃ tardus ulyſſes
Q uantus equos pugnaſque uirũ decurrere uerſu
M eonides: quantũque pios ditarit agreſtes
A ſcreus: ſiculuſque ſenex qua lege recurrat
P yndaricæ uox flexa lyræ: uolucrumque precator
O bſitus: & tetrycis alcmam cantatus amyclis
S teſychoruſque ferox: ſaltuſque ingreſſa uiriles
N on formidata temeraria chalcide ſapho.
Q uoſque alios dignata chelis tu pandere doctus
C armina battiadæ: latebraſque lycophronis atri:
S ophroniique implicitũ: tenuiſque archana corynnæ.
S ed quid parua loquor: tu par aſſuetus homero
F erre iugũ: ſenoſque pedes æquare ſolutis
V erſibus: & nunquã paſſu breuiore relinqui.
Q uid mirũ patria ſi te petiere relicta
Q uos lucanus ager: rigidi ques iugera dauni
Q uos ueneri plorata domus: neglectaque tellus
A lcidæ: uel quos e uertice ſurrentino
M ittit tyrrheni ſpeculatrix uirgo profundi.
Q uos propriore ſinu lituo remoque notatus
C ollis: & auſonii pridem laris hoſpita cyme.
Q uoſque dicharchei portus: baianaque mittũt
L ittora: qua mediis alte permiſſus anhelat
I gnis aquis: & operta domos incendia ſeruant
S ic ad auernales ſcopulos: & opaca ſibyllæ
A ntra rogaturæ ueniebant undique gentes
I lla minas diuũ parcarũque acta canebat
Q uãuis decepto uates non irrita phœbo.
M ox & romuleam ſtirpem: proceresque futuros
I nſtruis: inque patrũ ueſtigia ducere perſtas.
S ub te dardanius facis explorator opertæ
Q ui diomedei celat penetralia furti
C reuit: & inde ſacrũ didicit puer arma probare
M onſtratis halis: præſagũque ethera certis
A uguriis: cui chalchidicũ fas uoluere carmen
C ur phrygii lanea eſt coma flaminis: & tua multũ
V erbera ſuccincti formidauere luperci:
E t nunc ex illo forſan grege gentibus alter

I ura dat eois:alter compeſcit hyberos
A lter achemonium ſecludit zeugmate perſen:
H ii dites aſiæ populos:hi pontica frenant
H ii fora pacificis emendant faſcibus illi
C aſtra pia ſtatione tenent:tu laudis origo:
N on tibi certaſſent iuuenilia fingere corda
N eſtor:& indomiti felix moderator alumni:
Q uiq; tubas acres lituoſque audire uolentem
E aciden alio frangebat carmine chiron.
T alia dum celebras ſubitam ciuilis erinnis
T arpeio de monte facem:phlegreaque mouit
P rælia:ſacrilegis lucent capitolia tedis.
E t ſenonum furias latiæ ſumpſere cohortes:
V ix requies flammæ:nec dum rogus ille deorum
S iderat:exciſis cum tu ſolacia templis
I mpiger & multum facibus uelocior ipſis
C oncinis ore pio:captiuaq; fulmina defles.
M irantur latii proceres:ultorque deorum
C æſar & e medio diuum pater annuit igni
I amque & flere pio ueſuuina incendia cantu
M ens erat & gemitum patriis impendere damnis
C um pater exemptum terris ad ſydera montem
S uſtulit:& late miſeras deiecit in urbes.
M e quoque uocales lucos luſtrataq; tempe
P ulſantem cum ſtirpe tua deſcendere dixi
A dmiſere deæ:nec enim mihi ſydera tantum
A equoraque & terras quantum oſtendere parenti
S it decus hoc quodcunq; lyre:primuſque dediſti
N on uulgare loqui:& famam ſperare ſepulchro.
Q ualis eras latios quotiens ego carmine patres
M ulcerem:felixque tui ſpectator adeſſes
M uneris:heu quali confuſus gaudia fletu
V ota pioſque metus inter lætumque pudorem.
Q ualis & ille dies qua non mihi gloria maior.
T alis olympiaca iuuenem cum ſpectat harena
Q ui genuit plus ipſe ferit:plus corde ſub alto
C editur:attendunt cunei ſpectatur acetes
I lle magis crebro dum lumina pulueris hauſtu
O bruit & præhenſa uouet expirare corona
H ei mihi quod tantum patrias ego uertice frondes
S olaque calchidicæ cerealia dona coronæ
T e ſub teſte tuli:qualem te dardanus albæ
V ix cœpiſſet ager:ſi per me ſerta tuliſſes
C æſarea donata manu:quod ſubdere robur
I lla dies quantum potuit dempſiſſe ſenectæ.

Nam quod me mixta quercus non preſſit oliua
Et fugit ſperatus honos: qua dulce parentis
Inuida tarpei caneret te noſtra magiſtro
Thebais urgebant priſcorum exordia uatum
Tu cantus ſtimulare meos: tu pandere facta
Heroum bellique modos: poſituſque locorum
Monſtrabas: labat incerto mihi limite curſus
Te ſine & orbatæ caligant uela carinæ.
Nec ſolū larga me met pietate fouebas.
Talis & in thalamos: una tibi cognita teda
Connubia unus amor: certe ſe iungere matrem
Iam gelidis nequeo buſtis: te ſentit habetque
Te uidet: & tumulos ortuque obituque ſalutat.
At pharios aliæ ficta pietate dolores.
Mygdonioſque colunt: & non ſua funera plorant
Quid referam expoſitos ſeruato pondere mores
Quæ pietas? quā uile lucrū? quæ cura pudoris?
Quantus amor recti: rurſuſque ubi dulce remitti:
Gratia quæ dictis animo quam nulla ſenectus.
His tibi pro meritis famam: laudeſque benignas
Index cura deū: nulloque e uulnere triſtem
Conceſſit: raperis genitor non indigus æui.
Non nimius triniſque decē quinquennia luſtris
Iuncta ferens: ſed me pietas numerare dolorque
Non ſinit o pilias æui tranſcendere metas
Et teucros æquare ſenes: o digne uidere
Me ſimilem: ſed nec læti tibi ianua triſtis.
Quippe leues cauſæ: nec ſegnis labe ſenili
Exitus inſtanti præmiſit membra ſepulchro
Sed te torpor iners: & mors imitata quietem
Explicuit: falſoque tulit ſub tartara ſomno
Quos ego tunc gemitus comitū manus anxia uidit
Vidit & exemplū genitrix gauiſaque nouit
Quæ lamenta tuli: ueniam concedite manes
Fas dixiſſe pater: non tu mihi plura dediſſes
Felix ille patrem uacuis circūdedit ulnis
Vellet & heliſia q̄uis in ſede locatum
Abripere: & danaas iterum portare per ūbras
Tentantē: & uiuos molitū in tartara greſſus.
Detulit infernæ uates longæua dianæ
Si chelin odryſiam pigro tranſmiſit auerno
Cauſa minor: ſi theſſalicis admetus in oris:
Sylua una tetra: phylaceida retulit umbram.
Cur nihil exoret genitor chelis: aut tua manes
Aut mea: fas mihi ſit patrios contingere uultus

F as iunxiſſe manus:& lex quæcunque ſequatur.
At uos umbrarum reges:æternaq; iuno
(Si laudanda precor) tedas auferte:comaſque
E umenidum nullo ſonet aſper ianitor ore:
C entauruſque hydræ graues:ſcylleaq; monſtra:
A uerſæ cedant ualles:umbramque ſenilem
I nuitet ripis diſcuſſa plebe ſupremis
V ector & in media componat molliter alga.
I te pii manes graiumque examina uatum
I lluſtréq; animam letheis ſpargite ſertis:
Et monſtrate nemus:quo nulla irrupit erinnis
I n quo falſa dies:cæloque ſimilimus aer.
I nde tamen uenias:melior qua porta malignum
C ornea uincit ebur:ſomnique in imagine monſtra
Q uæ ſolitus:ſic ſacra numæ:rituſque colendos
M itis aricino dictabat nympha ſub antro.
S cipio ſic plenos latio ioue ducere ſomnos
C reditur auſoniis & non ſine apolline ſylla

Ad ſomnum.

C Rimine quo merui iuuenis placidiſſime diuum
Quo ue errore miſer donis ut ſolus egerem
S omne tuis:tacet omne pecus:uolucreſque feræque
E t ſimulant feſſos curuata cacumina ſomnos
N ec trucibus fluuiis idem ſonus: occidit horror
A equoris:& teriis maria acclinata quieſcunt.
S eptima iam rediens phœbe mihi reſpicit ægras
S tare genas:totidem œtheæ paphiæq; reuiſunt
L ampades:& totiens noſtros titonia queſtus
P ræterit:& gelido ſpargit miſerata flagello
V nde ego ſufficiam?non ſi mihi lumina mille
Q uæ ſacer alterna tantum ſtatione tenebat
A rgus: & haud unq̃ uigilabat corpore toto.
A t nunc heus aliquis longa ſub nocte puellæ
B rachia nexa tenens ultro te ſomno repellit.
I nde ueni:nec te totas infundere pennas
L uminibus compello meis:hoc turba precatur
L etior extremo me tange cacumine uirgæ
S ufficit:aut leuior ſuſpenſo poplite tranſi.

AD muſas.

M E miſerum neque enim uerbis ſolemnibus ulla
Incipiam nec caſtaliæ uocalibus undis
I nuiſus phœboque grauis:quæ ueſtra ſorores
O rgia pieriæ quas inceſtauimus aras
D icitæ poſt pœnam liceat commiſſa fateri
N umquid in acceſſo poſui ueſtigla luco?

Num uetito de fonte bibi?quæ culpa?quis error?
Quẽ luimus tantis mœroribus ecce laceſſit
Viſcera noſtra tenens anĩaque euellitur infans.
Non de ſtirpe quidem:nec qui mea nomĩa ferret
Oraque:non fueram genitor:ſed cernite fletus
Liuenteſque genas:& credite planctibus orbi
Orbus ego huc patres:& aperto pectore matres
Conueniant cinereſque oculis:& carmina ferte
Si qua ſub uberibus plenis ad funera natos
Ipſa gradu labente tulit:madidũque cecidit
Pectus:& ardentes reſtinxit lacte fauillas
Quiſquis adhuc teneræ ſignatũ flore iuuentæ
Immerſit cineri iuuenem primaque iacentis
Serpere crudelis uidit lanugine malas
Adſit:& alterno mecũ clamore fatiſcat.
Vincetur lachrymis:& te natura pudebit
Tanta mihi feritas.tanta eſt inſania luctus
Hoc quoque cũ meditor terdena luce peracta
Acliuis tumulo luctus in carmina uerto
Diſcordeſque modos:& ſingultantia uerba
Mollior orſa dolor:prohibet atque ira tacendi
Impatiens:ſed nec ſolitæ mihi uertice laurus
Nec fronti uittatus honos:en taxea marcet
Sylua comis:hilareſque hederas plorata cupreſſus
Excludit ramis ignauo pollice cordas
Pulſo:ſed incertam digitis errantibus amens
Scindo chelin:iuuat heu:iuuat illaudabile carmen
Fundere:& incompte miſerũ laudare dolorem
Sic merui:ſic me cantuq; habituque nefaſtũ
Aſpiciant ſuperi:pudeat thebaſque nouũque
Eaciden:nil iam placidũ manabit ab ore
Ille ego qui totiens blandus matrũque patrũque
Vulnera:qui uiuos potui mulcere dolores.
Ille ego lugentũ mitis ſolator acerbis
Auditus tumulis:& deſcendentibus umbris
Deficio:medicaſque manus:fomentaque quæro
Vulneribus (ſed ſumma meis) nunc tempus amicĩ
Quorum ego manantes oculos:& ſaucia terſi
Pectora:reddite opem:ſæuas exoluite gratees.
Nimirũ cũ ueſtra domans ego funera queſtus
Increpito:tunc damna dolens aliena:repono
Infelix lachrymas & triſtia carmina ſeruo
Verum erat:abſumptæ uires:& copia fandi
Nulla mihi:dignũque nihil mens fulmine tanto
Repperit inferior:uox omnis & omnia ſordent

V erba ignoſce puer:tu me caligine mœſtum
O bruis a duro uiſo ſic uulnere caræ
C oniugis inuenit caneret quod thracius orpheus
D ulce ſibi ſic buſta lini complexus apollo
N on tacuit:nimius fortaſſe auiduſque doloris
D icor:& in lachrymis iuſtum exceſſiſſe pudorem.
Q uiſnam autem gemitus lamentaq; noſtra rependit
O nimium felix nimium crudelis & expers
I mperii fortuna tui:qui dicere legem
F letibus aut fines audet cenſere dolendi
I ncitat heu planctus:potius fugientia ripas
F ulmina deuincas.rapidis aut ignibus obſtes:
Q uam miſeros lugere uoles:tamen ille ſeuerus
Q uiſquis is ē noſtræ cognoſcat uulnera cauſæ
N on ego mercatus pharia de puppe loquaces
E dituas doctumq; ſui conuicia nili
I nfantem lingua ſimium ſalibuſque proteruum
D ilexi:meus ille meus:tellure cadentem
A ſpexi:atque unctum genitali carmine foui:
P oſcentemque nouas tremulis ululatibus auras
I nſerui uitæ:quid plus tribuere parentes
Q uin alios artus:libertatemque ſub ipſis
V beribus tibi parue dedi:heu munera noſtra
R idebas ingratus adhuc:properauerat ille
S ed merito properabat amor:ne perderet omnem
L ibertas tam parua diem:nonne horridus ipſos
I nuidia ſuperos infauſtaque tartara pulſem
N onne gemam te care puer quo ſoſpite natos
N on cupii:primo gemitum qui protinus ortu
I mplicuit fixitque mihi:cui uerba ſonoſque
M onſtraui(queſtuſq; & uulnera cæca reſoluam)
R eptantemq; ſolo demiſſus ad oſcula dextra
E rexi blandoque ſinus iam iamque nitantes
E xcepere genas:dulceſque accerſere ſomnos
C ui nomen uox prima meum:luduſque tenello
R iſus:& e noſtro ueniebant gaudia uultu.

.P.PAPINII STATII SYLVARVM LIBER VLTI
MVS EXPLICIT .M.CCCCLXXXI.

Actum Vincentiæ per magiſtrum Iouannnem renenſem
& Dionyſium Berthochum.

Carmen Ioannis Calphurnii poetæ Clariſſimi ad Ioannnē Inderbachiū Pontificē Tridētinū de laudibus eius & de interitu Beati Simonis infantis a Iudeis mactati

u IR ſacer & noſtro princeps memorabilis æuo:
Cui præclara dedit uirtus moderamina iuſti
Imperii:& populos rexiſſe exordine plures
E t fidei uixiſſe decus uenerabile:quod non
C onticeat præſens nec poſtera deleat ætas
E n ego primitias uates tibi defero:fas ſit
T e nugas cœpiſſe measiquæ pectore paruo
I nſurgūt:ſat erit magnum uoluiſſe laborem
S uſcipere:atque animum magno ſub pondere uinci.
N on mea muſa tamen laudes æquare canēdo
C ontendat nec ſi faueat mihi doctus apollo.
Q uis tibi par magni moueat:niſi plectra maronis
M eonidæque ſacri:nam te quem noſtra minorem
N on tulerit priſcis ætas celebrare laboret
A ntiquū quiſquis uates imitatur acumen.
Q uid primum memorem?ſuperos aſtrea reliquit
T e regnante iterum terris uictura libenter.
N am te non fugiūt clari præcepta ſolonis
D ebita qui meritis perſoluas præmia:pœnis
A fficias ſontes iuſto moderamine rerum:
Q uis pauper queritur leges & iura reſolui
A diice quod uatū mœcenas ſolus haberi
N unc poſſis:in quo ſtudiorum ſumma relicta eſt
E t ſpes tota ſedet.latiis excluſa tyrannis:
Q ui non pieridum:ſed numina grandis acerui
N ūmorum obſeruant heu mendicare poetæ
C ogimur &:raris iuuat impaleſcere chartis
N unc ubi priſca ætas:doctis non præmia dantur
V atibus:utq; olim cum totus paruit orbis
R oma tibi:haud magnos carmen ſortitur honores
S ed reuocas quantū potes inderbachie muſas:
N ec pateris torpere uiros:præcordia quorum
N umen apollineū doctus ſpirantia cernis.
Q uis tibi collatus princeps non ceſſerit: & te
I nferior quo non decedat iudice uictus.
N ulli nota magis tibi q̄ parnaſia rupes
T eq; magis nemo uera pietate colendus
Q uo tibi quæ paret piliam gens læta ſenectam
C umeique annos te uiuere pulueris optat.
N on formidaris:miro ſed honore uerendus
O ccurris:te nulla poteſt flexiſſe uoluptas

Integer & conſtans ullo non tangeris auri
Ardore:atque oculis potuit non gemma coruſcans
Perplacuiſſe tuis:quo diuus & ethere lapſus
Crederis:& tecũ pax ſũma enata uidetur.
Comis es:& ſũma ſemper grauitate probandus
Effigiem imperii xenophon q̃ rectius olim
Finxiſſet iuſti:ſi tunc te fata tuliſſent
Sponte ſua clares nulloque monẽte penates
Intraſſet:clario uel ſe ſine numine ueri
Eterno optaſſet tibi iungi fœdere amoris.
Cõmoda reſpectas hominũ:nec cũcta reponis
Vtilitate tua:magno non ære premũtur
Qui tua iura colunt:nuſq̃ quoq; uiſa moueri
Sedicio:patuere aures atque atria ſemper
Omnibus & faciles aditus das ſæpe querelis
Et niſi quod poſſit iuſtũ decernis haberi:
Vt ue feras falſo nullius gratia tangit
Iudiciũ:proh quanta tuæ conſtantia mentis.
Deſinat alcinoũ tellus pheatia tantũ
Efferre:& priſco iam non memorentur ab æuo
Plurima quæ docti fingunt mendatia uates.
Sed licet hæc fuerint:ueroq; minora ferãtur
Non tibi par:nanque ille uagũ ſuſcepit ulyſſem
Tu cunctos miſera qui paupertate premũtur
Hoſpicioque foues rerũ quos cernis egenos:
Attica ſi quondã dominũ te terra tuliſſet
Lydia:nec croeſi claro memoranda ſoloni
Regia uiſa foret:cilicũ quo uenit ad agros
Tempore:non ueneris ciprũ non hoſtia nili
Luſtraſſet:doctas potius coluiſſet athenas.
Viuat pelei cinicus contemptor alumni
Tecũ erit:atque uolet tectis habitare ſub iſdem
Et regere imperiũ diſcet te hortante magiſtro
Quid loquar ut cũctis tua ſit prudentia rebus
Qui memor exacti:quæ mox uentura trahantur
Proſpicis:& ſũma quod adeſt ratione gubernas.
Cur totiens iactet ſapientes græcia ſeptem
Si tu conſpiceris?taceat mileſia tellus
Nec ferat in cælũ præconia magna thaletis
Non leſbos:nec terra mihi ſalamines alumnum
Amplius oſtentet:non ſparte:aut lindia tellus:
Quæq; bianta tulit ſileat ſimul alta corinthos
Quis tantas animi dotes non carmine donet:
Aut ſi non poſſit:tantũ miretur ut illas
Crediderit non poſſe homini contingere ſoli:

Tu fidei exemplũ noſtræ memorabile:& idem
Relligionis honor:quo præmonſtraute pudorem
Curia ſuſcipiat mores romana ſeueros.
Quid magis eſt cultũ templis ubi ſacra frequentas
Aut ubi plura hominũ uota exoluuntur ad aras:
Non ſub rege numa coluit ſic romula plebes
Diuinos ritus:quãuis is ualle ſub ima
Fingeret eſſe deam:cũ qua congreſſus utrinq;
Nocturni fierenr:tu diuus & integer almam
Virtutem oſtendens:uera es pietate uerendus.

At quis mæonio ſatis explicet ore colendas
Iuſtitiæ uires:pœnas aut crimine tanto
Enumeret dignas:quas gens iudea coacta eſt
Perſoluiſſe tibi:& merito:nã perfida nuper
Auſa nefas:quantũ non ſæcula priſca tulerũt:
Aut noſtro factũ nuſquam memoratur in æuo:
Vos o mortales uero qui pectore chriſtũ
Excolitis:placeat ueſtro cur ſanguine paſci
Iudeam gentem:cui mos ut barbara quondã
Natio conſueuit:latia dũ lege repreſſa eſt
Stat mactare aliquẽ:diro dehinc plane repleri
Noſter ubi admixtus ſanguis:quo corpus odorẽ
Deponat tetrũ:quid ſi dominẽtur:& in nos
Imperiũ teneant:ſcelus eſt non perdere gentem
Atque e uita hominũ non extruſiſſe nefandã.
Namq; dies aderat nobis qua ſacra quot annis
Atque reſurgentis domini ſolennia ſiunt:
Et lux martis erat:ſubito ſamuelis ad ædes
Iudei properant: quibus ii poſuere ſacellũ
Scilicet ut ſolito ſpectarent more iuuencũ
Qui leuigi fuerat nuper deuectus ab agris:
Inter ſe uario ſed dũ ſermone uolutant
Plurima:tunc falſi qui nominis angelus eſſet
Incipit effari:nobis ut cũcta ſuperſũt
Ad ſolemne ſacrũ:feſtæque ad fercula cœnæ
Deficere his unũ doleo:nec plura locutus
Cætera turba atrox uocem percepit:in illũ
Lumina coniectans:cædẽ quod poſceret atrã
Sanguinis humani:ſic fœdere uictima triſtis
Ludibrio chriſti:& facinus proh grande paratur
Delegere locũ:fœdi placuere penates
Illi ubi conſtiterãt:poſt hæc contentio ſurgit
Qua ratione queãt infantẽ abducere:qui mas
Eſſet:at in uariis donec ſententia uerbis

Q ueritur extemplo blanda ſic uoce locutus
E ſt ſeruũ ſamuel:age lazare noſtra uoluptas
C hriſticolam infantem nobis en ſurripe:centũ
A ureoli pretium:uerũ is diſcrimine tanto
A bnuit:& pauida ſtupefactus mente tridenti
S arcinulis lectis ſedes ac tecta refugit.
H inc thobiæ mandata honeris prouincia noſtræ
V ſus erat multum qui conſuetudine gentis
H orrendũ hic poſita ſubiit mercede periclũ
E grediturque foras:paſſuque incedit inerti
C uncta oculis luſtrans ſoluſque perambulat urbẽ
S i quis forte infans cara ſine matre uagetur
N ec comitatus eat:ſed ors ſit ut improba ſemper
H inc dignoſce homini preſto quæ occurrit agendũ
E ſt quotiens dirũ facinus:genitoris ad ædes
E cce maré aſpexit nullo obſeruante ſedentẽ
Q ui phœbi nundum ternos expleuerat orbes:
C uius erat pulchra uiſũ nihil indole maius
H uic placide arridens digitũ porrexit:& intra
P erduxit miſeros blándo ſermone penates
G audia quis fando:quis promat carmine uates
Q uæ gens dira tulit:ſiccis nam faucibus illũ
N on ſecus aſpexit:tigris uelut orbe rpertam
H ircano lacerat predam:catuliſque relinquit:
I llico concurſu trepido petiere ſacellum
I mplentes totas diris ululatibus ædes
N ec potuere moras optati ferre cruoris.
I nterea genitor maria cũ matre uagatur
Andreas:mœſtis perluſtrans planctibus urbem
E xploratq; gemens ſi fors ueſtigia nati
O ccurrát:aditus omnes & compita luſtrat
A ſtitit hos circũ:puerilis turba frequenti
C oncurſu:& natum diuino ex ore monebat
E ſſe apud hebreos:quo mactaretur ad aras
C umq; hominũ ſuſpenſa foret mens:factus in illos
I mpetus:ac ſubito ni ſera crepuſcula noctem
T raxiſſent:totas flagraſſent ignibus ædes
S ed rediere domũ iam merſo ſole patentes
F ata expectantes lucis peiora futuræ.
E t iam tempus erat noctis quo cũcta quieſcũt
V eſtibulum ingreditur templi uentura furore
Q ui falſo moſes ſenio uergente canebat.
E xcipit & genibus puerũ::qui uictima triſtis
D eprehenſus ſtat ut agna:lupi cũ dentibus hæſit.
C ætera turba ferox ueſtes ſuccincta cucurrit

F ibula quas lateri uinxit:maniciſque reductis
N udauit fœdos media plus parte lacertos:
E t crura ad ſuras:duris cruciatibus olim
S ic chriſte occũbis:pateris cur optime rector
T anta in te fieri genus hoc quin fulmine perdas
H eu quis non gemitus fundet cui fata legentur
Hæc dura infantis:ſamuel properauit:& illi
Q uod zonæ euinctũ perſtrixit guttura uello:
I lle manus ſacrũ caputhic:atq; ora repreſſit
E dere ne triſtes uagitus poſſet:at enſe
Q uãprimũ moſes præputia ſumma nefando
P erforat:& malæ fruſtum conuellere dextræ
F orcipe feſtinans nitido cratere reponit.
C olligitur ſanguis:tenero de corpore partem
Q uiſque ſecat:donec uiſum eſt excedere uulnus
O rbem oui manibus pueri ſæpe oſcula claudũt
S i ſtrepere auditur:culpæ ſæuiſſimus auctor
E cce iterũ moſes dextro de crure trementem
E xecat:& uiuo lacerat cũ ſanguine pulpam:
H ic una & ſamuel diſtendũt brachia:duram
I nque crucem tollunt laceratũ corpus:acuta
Q uiuis pungit acu:ne pars ſincera ſuperſit.
P rætereo:in chriſtũ tot uerba obſcena:tot inter
V ulnera contemptus:dira nam uoce precantur:
S ic hoſtes noſtri pereant:ſic perdite chriſtũ:
H as inter pœnas tanta & ludibria feſſos
E rigit ille oculos ſuſpectat ſydera:teſtes
I mplorat ſuperos:laceri iam corporis artus
D eficiũt:humeriſque caput decliue recũbit
Q ui poſtquã ethereos felix uolitauit ad axes
E cce iterũ quanto plauſu & clamore per ædes
I nſultant:aut hos tenuit q̃ magna uoluptas
N amq; ſuper celſi tranſcurrũt culmina tecti:
O raq;:uel geminas tollũt ad ſydera palmas:
A tq; deo innumeras referũt pro crimine grates
Q uod ſacrũ obtulerint ſolemne infante perempto:
P rotinus ad lautæ deſcendũt fercula cœnæ
O ccultumq; cados ſubter poſuere cadauer:
Q uod pius antiſtes totã luſtrarier urbẽ
I uſſiſſet:ſceleris magna hos formido tenebat
Q uod iam ſuſpecti populo atque parentibus eſſent
S eptima lux aderat:menſa poſuere cadauer
E t ſacros cecinere hymnos:quis rite peractis
O ccultant iterum trepidi:nec gaudia ponunt:
E cce diem titan fidis mortalibus almam.

E xtulerat iubare exorto qua chriſte reſurgis
Q ueritur:& uariis melior ſententia uerbis
Q uicquid agant cum iam crimen uix poſſe uiderent
V lterius condi:ſuſpectique omnibus eſſent:
H oc unū placuit:corpus cū ueſte recinctū
F lumine mergi:ſubter quod labitur ædes:
M itti ad pontificem ductū qui perferat undis
I nfantē extinctū:ſed non potuiſſe relabi
E xceptū ferri clauſtris:it nuncius illi
H æc mandata refert ſubito inderbachius heros
A ſſurgit:magna comitū ſtipante caterua:
C orporeque inuento pueri perſpecta notauit
V ulnera:ſenſit enimfraudem:iuſſitq; cathenis
I udeos tetro præcludi carcere uinctos:
Q ui meritas paſſi pœnas:namq; igne cremari
H os uoluit:populi tractos ante ora per urbem:
A t ſacer ille ſimon petri ſtat in æde repoſtus
I nteger:& nullo uitiatur tempore corpus:
P lurima quod diuo fundit miracula nutu:
L umina reſtituit cæcis:rectūque roganti
D at claudo inceſſū:ſurdique audita loquūtur
I :nunc & dubita chriſtū gens perſida uotis
E xcoluiſſe piis:potuit quæ ſigna dediſſe
C erta magis fidei:non credis:crimina cauſam
D ant:ut non uideas:nec poſſint iſta probari.
S unt quoque pieridū qui uix a fonte reuerſi
H ac in parte meū carmen damnare uidentur:
Q uod magis ingeniū deceat conſumere nugis
S ed ſat erit ſacer antiſtes ſi noſtra probabis:
Franciſcuſque tronæ celeberrima gloria gentis
F inibus extremis qui nunc dat iura tridenti.

. Catullus, Tibull…
" SYLVÆ …
phurnii *ad* H…
. . . M. CCCCLX…
magis…
sium B…

Esempla…
men…

531. …
P. …
pr…
ad…
fi…
(1…
gi…

& Dion…
perg.

Rarissi…
piccole …
assai bel…
« C…
(Mill. …
sono fatt…
bellissimi …

[illegible]